



# **Georgij Vallae Placentini viri clarissimi de uniuersi corporis purgatione.**

<https://hdl.handle.net/1874/456556>



## **Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

## **This book is part of the Van Buchell Collection Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board








302

262







RARIORA

O. oct.  
99

band gres tansard  
Schuyler 5-12-79







1817

1817

Medici

Octavo nº. 99.





169. f\*

N. 73. C.

O. oct 99



# GEORGII

VALLAE PLACENTINI  
VIRI CLARISSIMI  
De uniuersi corporis  
purgatione.

Argentine per Henricum  
cum Sybold.



*Ex dono. Hub. Bürgelij*

HENRICVS SYBOLD MEDI

cinæ professor æquo lectori. S.

**Q**Uod nautis usu uenire solet, cum nauem nimium onerant, ut in exhaurienda sentina occupati sint, Ita gulæ & crapulæ deditis, accidere uidemus, ut cum corp⁹ nimio cibo et potu aggrauarint, in euacuando & purgâdo uentre misere laborēt, Atq; hic mox audiū querula uox ægri, & serio imploratur auxiliū medici, qui corpus uentris saburra grauatū, leuet, clysterib⁹ alijsq; purgandi modis inaniat, Ceteræ in medico sic iplorato, Gal'n̄ desiderat acie iudiciū, nē peut egrotātis complexionē, adeoq; totius corporis habitum, quantum licet, intus me agnoscat, Preterea omnes rationes euacuandi cognitas habeat et perspectas, ne errore aut inscitia ductus, una forma calcei (ut aiū) omnes calceat, Porro rationē euacuandi fere uniuersā, hoc libello aperit Georgius Valla, quem priuatę & sif publicę utilitati cōsulturi, iudicio multorū submittim⁹, & emittim⁹ i publicū, Cōmēdatiōe nihil op⁹ libello, uel ipso argumēto cōmēdabili et grato, Id unū admonem⁹ studiosos rei medicę, ut ratiōe euacuandi prescire, q̄ experiri, studeāt, nequid alieno periculo incōsulte agāt, aut (ut est i ueteri diuerbio) de alieno corio temere ludant Valæ.

GEORGII VALLAE PLACENTINI VIRI CLARISSIMI  
DE FRICTIONE.



**F** Xercitio est corp⁹ calefaciendū . si exercere corpus nequeas, aut non libeat utere frictionibus, aut cū linteis, & oleo, & strigili, aut nudis manibus ab imo incipiēdo, inde scandendo ad caput ipsum deorsum semper deducendo. capitis quoq; frictione ieiunus utitur Vtitor autem frictione quoad corpus incalescat, rubescantq; membra attrituq; crassescant.

De exercitijs.

Motus omnis uæhemens corporis exercitium est. uæhementia porro motus est respirationis in celeritatem alteratio. at exercitium partes parat instrumentales, difficilē affectū subeūtes, firmasq; ad actiōes reddit obeundas, nutrimentiq; tractum ualidiorē alimentum quoq; ob excitatam in corporibus caliditatem, præstantius atq; salubrē

Exercitiū est motus uolūtari⁹ propter quem anhelitus magn⁹ et frequēs ē necessari⁹

sensilesq; , ac incertos meatus ob ualidum  
pulmonis motum expurgat. sumēdū ergo  
ad modificandū digerēdūq; in sua mēbra  
cibū, exercitium est, nec ob id modo uerū  
etiam ut quicquid in toto corpore redun-  
darit extrarium eiiciatur, ne crudorum mi-  
nimeq; concoctorum ciborum multitudo  
in aluum detrusa, perq; intestina uagans in  
cuncta animantis membra inuehat pericu-  
lum, nisi salubribus teneatur concoctio-  
nis, non dubium igitur quin exercitia cibū  
anteire conueniāt. huius sane commodita-  
tis cognitio est, factæ probatus urinæ color  
aquosa siquidem urina, inconcoctum esse  
arguit e uentre humorem per membra dis-  
gestum. at rufus & biliosus nimium incalu-  
isse. mediocriter pallidus factæ modo cōco-  
ctionis signum est, tum demum igitur sunt  
sumēda exercitia cum necdum in uesicam,  
aut in extremam aluū superflua deiecta sūt.

De exercitiorum proprietate. \*

Commune igitur cunctis est exercitijs in-  
uectum corporibus caliditatis augmentū  
& sese exercentium confirmari robur, uali-  
deq; ad firmitudinem musculos & neruos  
stabilire. Hæc autem sunt, de infimo homi-  
num genere pastinando, terram uersando  
uel honus magnum subuectando, uel iter  
longius



lōgius faciēdo, uel ad omnes pertinens de  
ambulando. Hoc autem uarijs fieri modis  
posse magis intelligitur q̄ ut pluribus expo  
nere necesse sit. Pilæ autem paruæ lusitatio  
est membrorum musculorumq; omnium  
exercitium, ut similia alia quiuis sibi potest  
capessere, alia sunt ubi membrum modo  
corporis unum exerceatur, et uix aliud uel  
manus, uel crura, aut spina, aut thorax, aut  
pulmo tantum. Exerceri autem tandiu con  
uenit quoad corpori tumor attollatur, &  
rubescat, sintq; motus expediti, æquabiles  
& firmi, ut calore sudor excitetur misceatq;  
uapori, tum demum conquiescat cū totum  
intumuūt corpus, & cū corpus consudarit  
incalueritq; multum commodum fuerit is  
ungere oleo, & linteo abstergere fricando,  
non uæhementissime, neq; lenissime, sed  
mediocriter.

Pilæ  
lusitatio

De frictionum proprietate.

Friktiones asperæ, absumunt atteruntq;  
corpora, molles uero soluunt. Proinde si  
soluitur ultra q̄ parsit, corpus fricandum est  
aspere, quæ uero asiricta sunt corpora mol  
liter, quod si qua modo medio habeant nō  
dubium, quin neq; molliter, neq; aspere sit  
insistendū, sed quoad uterq; possit excessus  
inhiberi, at multa frictio tenuitatē adducit,

Pau. Ægi  
Frictio  
num uche  
mens qui  
dem, duz  
lenis uero  
molle cor  
p<sup>o</sup> reddit.

A 5 media,

media, mediocrem.

De exclamatione.

Exercitatio thoracis uocaliumq; instrumentorum est exclamatio & preterea naturalis calor purgans & attenuans, & roborans corporis partes solidas & firmas, & male affectas stabiliens. Vt aut sit exclamatio in asthmaticis difficilemque anhelitum trahentibus, orthopnoicis, phthificis ueteribusque doloribus circa pectus excitatis. aut scapulis, & in apostemate quod in thorace sit post fracturam, in raucaque uoce ob plurimam facta humiditatem. in febribus quoque congruit quartanis concretum humorem discutiens, nec non stomachi humiditatem quam precipue quartanus typus infert, stomacho quoque opitulatur, presertim eorum qui continue uomunt, & multum stertentibus, at eis qui capitis langore aliquo teneantur incommodo, ei qui uelit exclamare proloqui mediocriter, expedit cum e somno exprogefactus est, & incedere paululum atque ita in clamores accedat, euerum in exclamationibus modulatus uocis nihil sanitati confert at grauiorum uocum fragor utilis, hic ergo exercendus, ita namque plurimus in respirationem attractus aer, thoraca, et uentrem diducit & aperit, perque totum corpus meatus patefacit

reficit & distinguit, Ideo in proclamationibus  
uel ualida lectione fiunt redundantium hu-  
morū excrementa, nam & sudores aliquā-  
do excitantur, tenorq; in toto corpore con-  
cipitur, ob eumq; motum excreationum te-  
nuitas procreatur, pituitæq; excrementum  
adminiculatur ob frigiditatem calore egēti-  
bus, neq; melius possis opem ferre, legendū  
ergo sepissime est, ut totum corpus rarefcat  
asperam exercendo arteriam, meatusq; alios  
os flatus, neq; hac ualida lectione utendum  
ubi necdum intelligatur manifesto cibum  
esse concoctum, ne plurimum corruptorum  
humorum aut euaporationum regressus  
in corpus fiat.

De gestationis exercitio.

Cum sint reliqua exercitia in corporis  
motu posita gestatio mixta ex motu est atq;  
habitu. Complurimis igitur corporis parti-  
bus quiescentibus, totoq; pariter moto cor-  
pore gestatio est, hinc fit ut utilissimum &  
commodissimū sit exercitium gestatio, cor-  
pori laborem nullum inferens, atq; tamen  
ita mouens, ut magnis possit comparari ex-  
ercitiis. gestatio igitur, uentilat & exuscitat  
insitam caliditatem, multamq; dispargit dis-  
cutitq; materiam, habitumq; corroborat  
corporis, sopitasq; & sepultas internas ex-

Cels. lib. 2.

Cap. 14.

Gestatio  
quoq; lō-  
gis etiam  
& inclina-  
tis mor-  
bis apūssi-  
ma est, uti  
lisq; est &  
his corpo-  
ribus, que  
tā ex toto  
febre eas  
citāt. c.

citat actiones . differentiaē gestationis com-  
 plures quidem sunt, at hę precipue, in lecto  
 aut suspenso, aut scabellum suffultum pedi-  
 bus habente, aut in lectica, & ea duplici, aut  
 sedentibus sublati et gestatis, aut iacentibus  
 aut in curru, aut in nauigio, ponenda quo-  
 q; in gestationis parte equitatio. In lecto ita  
 q; gestatione utendum est febrī affectis, aut  
 longo morbo afflictatis quo corpora languen-  
 tia, uicq; morbi effracta, erigi non possunt,  
 utendū ea quoq; gestatione est nephre-  
 ticis quibus renes dolent. Nam flatus per-  
 turbationem remittit, atq; alii quātū pacat  
 ad somnumq; prouocat, utendum etiam in  
 lethargicis & articularibus morbis. In lecti-  
 ca uero iacentes attollimus lethargica febrī  
 correptos & hemitritica, & quotidiana,  
 aqua intercuti uexatos, nephreticos, poda-  
 gricos. sedentes uero in lectica attollimus,  
 cū facta est febris remissio. In uehiculo, cur-  
 ruue gestatio, concutibile ac motabile quid-  
 dam habet diuturnarum ægritudinum Est  
 autem huius uæhementior una, altera uero  
 lenior, & pacatior . Pacatiore utendum est  
 in capitis affectionibus & intestinorum p-  
 fluxibus. Væhementiori autem in thoracis  
 stomachiq; langoribus, necnon tumorib9  
 & hydropicis attonitorumq;, & mente pa-  
 riter

ἀρθροίτις  
 articuloꝝ  
 morbus.

ὑδρωψία καὶ  
 ὑδρόπικιστος  
 aqua in-  
 tercus



riter & corpore stupentium langore quem ἀποπλε  
uoce græca apoplexiam nominamus. Hæc ξία stupor  
betem uero oculorum aciem habentes & dicitur.  
hemicranicos, ita capite languidos conuer  
sos retrorsum, nō iter rectum spectantes cō  
uenit ī uehiculo curruq; gestari, clemēterq;  
ac placide moueri, multos nāq; præstantissi  
mi aiunt medici hoc modo curatos esse,  
cum nullum aliud prodesset remedium, &  
alijs nequidem adhiberetur. Sedile autem  
in ipsis uehiculis esse sublime, sublatumq;  
conuenit. In nauigio autem gestatio quæ  
prope terrā, & neutiq; turbulento mari cō  
gruit hydropicis, elephantia languentibus  
qui sit hic morbus supra memorauimus,  
mente ac corpore attonitis, tumentibus sto  
machum quidem primū reducit, non mul  
to post in pristinam collocat cōsuetudinē  
per undas uero ac fluctus gestatio, atrocissi  
ma est, plurimasq; atq; ingentes efficit mu  
tationes anima remixta corpore & metu, et  
periculo commouente, modo plaudētib;  
modo cōcertantibus nautis ad commune  
periculum. Composita autem hæc omnia  
sunt huiusmodi, ut omnem ueterem egritu  
dinē excutere e corpore propellereq; pos  
sint, ac licet ex immobilitate, mobilitateq;  
constet corporis, bonum tamen siquid q̄ a  
liud

liud est id præstans efficit nutrimentū. Equi  
tatiōis uero perexiguus est in morbis usus  
quandoquidem non multam aduehit secū  
utilitatem, nam si fuerit stimulādus equus  
laboriose afficitur corpus, & uarie solet af-  
fici. Verumtamen etiam huic gestatiōi sua  
nequidem deest cōmoditas. nā ischiadicis  
confert, confirmat enim supra omnes alias  
gestationes & spiritū & corpus, præsertim  
stomachum purgat, & sensuum membra,  
redditq; uelociora. uerum huiusmodi exer-  
citiū thoraci pessimum est. si placide agi-

Pau. Aegi

Ac ne  
cū uenus  
utilitate  
caret. ut

potē que  
plenitudi  
nē uacuat  
corp<sup>o</sup> au-  
ctum, leue  
uirile, red-  
dit. Et qd  
ad animū  
pertinet,  
rōis uim  
impeditā  
soluit. ē

tetur equus, uix aliud affert q̄ laborem pre-  
cipue inguinum. Deniq; in omni gestatiōe,  
omniq; exercitio cura adhibenda, ut i loco  
salubri habeatur, puroq; aere, nec alia exer-  
citia modo, sed etiam quæ sit nauigio.

De re uenerea ex Rufo.

Naturale opus plane coitus est, in uenes  
remq; congressu s, atqui nihil naturale per-  
niciosum, at sine modo & mensura, ususcq;  
continuus iugisq; non suo tempore perni-  
ciosam uenerem facit, neruos debilitat, aut  
thoraca, aut renes, aut lumbos, aut robur,  
aut pedibus, manibusq; illudit, reliqua ad  
mores pertinentia in morali trademus phi-  
losophia, nunc illis non est locus, sed medis  
cing, quod igitur diximus uel hinc quilibet  
potest

potest conijcere, quod uniuersū hoīs robur  
ex usu uenerio efficitur ibecillius, atqui ro-  
bur est nobis insitus calor, unde nobis non  
bonę cōcoctiones pallorq; subit, uis<sup>9</sup> quoq;  
hebes efficitur, obtunditurq; auditus, sēsus  
q; prorsus nulli satis uigēt, rerum oritur ob-  
liuio, tremoresq; membrorum, artus dolo-  
ribus substernuntur, precipue latera, fiuntq;  
nephretici, renes inquam dolent, ægritudo  
uesicæ erumpit, ora deturpantur, dentium  
dolores erumpunt, et inflammationes gur-  
gulionis. multi quoq; uiri ī coitu multo, sã  
guinem expuūt, spiritus quodam tenore ui-  
olento thorace in testiculos uenis arterijsq;  
meantibus, at mulier in coitu neutiq; expuit  
sanguinem, quod alio corporis agatur hu-  
more quodq; inter coeundum minus labo-  
rer, ob consuetas quoq; inferne habitas pur-  
gationes si mulierem cōtigerit sanguinem  
expuere. ingens est ei in purgatione leuamē  
Id propterea pleriq; prestātes medici iubēt  
siquid horū sit quę memorauim<sup>9</sup> ī corpore  
qd̄ experientia ipsa naturalis hominis des-  
præhendatur imbecillitas a ueneris usu ab-  
stinendum, per uenerem detrimenta non  
corpori mō, sed etiam menti inflicta memo-  
rauimus. quæ sint etiam adiumenta uiden-  
tur neutiq; esse reuicenda, neq; enim prorsus  
iutilis

inutilis & malus est ueneris usus, si usus oportunitatem, si modum, ac moderationē statumq; utendi salubrem spectes, sunt hæc fere commoda, saturitas & exhuberans exhaustur plenitudo, leue totū reddit corpus ac ad augumētum aduertit. uirilemq; facit remollescunt membra, meatus et spiramēta corporis diducuntur, pituita purgatur. cōsistentem ratiocinandi uiam dissoluit, iras ingētes remittit, melancholico igitur & moroso medicamen est quandoq; coire, inde creditur euadere moderatior, ita quoquo alio modo insaniētibus occurrit suppetias aliquos comitali morbo correptos aliquādo sedauit, capitisq; dolorem amouit in uiridi robustaq; etate constitutos, omnes iteligo Hippocrates in libro quem 'de pituitę scribit egritudinibus, subuenire ait ueneris usum, alię commodum spirandi usum ex incommodo effecerunt. alię turbulētis sūt insomnijs liberati. Naturæ autem tum aptiores, tum cōmodiores sūt in uenerem, quę calidiores & humidiores in huncq; usum plus alijs pronæ, contra uero habent quæ aridæ & frigidæ, & pubescentium quidem ætas apta. Senibus autē non minus incommodo uenus q̄ turpis. tempus uero ueneri aptum est uernum, comodum etiam autum  
nale

Hipp



•ale & æstiuum, sed uerendum ob malam  
autūni habitudinem facilemque humorum  
corruptionem, et ob æstatis nimiam aridita  
tem, hyems uero ob frigus ueneris usum is  
festum arguit. Victus autem ueneri com  
modus calidior humidiorque, aduersus autē  
arefaciens et refrigerans, sit laborum quoque  
mediocritas, & cibi conditus lepor, uinum  
sit colore subrufum, substantia tenue, panes  
puri leuesque. somnus expeditus, minimeque  
accerfitus, atque adeo uiuidus. Carnes hedo  
rū, & agnorum, qui bene pasti, & porcorum,  
gallarum, atagenū, perdicum, fasianorū,  
non ita anserum, & anatum, sed harum, si  
laute condiantur, piscium polypodes, & qu  
cunque mollem carnem habere phibentur.  
holerum uero heruca. hormenum, erysimū  
carduus, conicus, rapa, leguminum fabæ, ci  
cer, pisum, tubera quoque, & quæcunque sus  
flant, et multum nutriunt. Laudatur autem  
plurimum in uictu, uua matura dulcisque suo  
sumpta loco. nā & humectat, & sanguine,  
& spiritu implet corpus, qui se immittre in  
uenerem uelit, uitet ingentes expletiones &  
crapulas, inconcoctionesque, & inedias, ab  
exercitiis, a lauacris, a laboribus etiam caue  
at, ubi anteierit uomitus, ubi uentris proflu  
uium, cupiditati multæ oblistendum, iperā  
dumque

dumq; est, quoniam facilius procliuisq; ~~et~~  
usu ueneris exurgit ægritudo, quandoq;  
etiam incurabilis

De harenæ offusione aliisq; estu  
arijs, ex eis quę scripsit Antyl<sup>9</sup>

Soli se exhibent alijs quidem inuncti, alii  
autem uncti, alii sedentes, uel iacētes, alii stā  
tes, alii deambulantes, uel currentes, & iacē  
tium quidam, alii in strato cubili, alii in pel  
le, alii in harena. uel sale. Sine unctiōne igit  
exæstuatō mediocriq; adhibita incertam  
intendit difflationem, sudoresq; educit, &  
uētem sistit. carnem custodit, at pingue ex  
purgat tumores omnes, in primis hydropi  
cos corripit. spiritum densiorem crassiorēq;  
reddit. & perinde asthma, & orthopnœam  
exacuit. Capiti uero pridem refrigerato  
succurrit. nam difficulter languēs & solidū  
ipsum efficit, expedit nimirum in his prius  
aluum summittere Nam nisi summissio an  
tecesserit. capitis unctio infesta est, qd̄ si cum  
pinguitudine sit unctio, alia eademq; potest  
sed magis corpus arefacit, tanq̄ tostum pin  
gui. ideo etiam superficiem magis nigram  
facit ob incertam difflationem. minus etiā  
distrahit, fere cauterio carnem condēsando  
at sedentes uel stantesu æhementius exurū  
tur q̄ deambulantes, & magis q̄ currentes  
lacentes

Iacentes autem in cubilibus non admodū  
adiuuantur, sed magis replent caput. In pel  
le autem flagrant plurimum adiuuantur  
& hydropici, & ischiadici, nephreticiq; &  
pareti, & elephantiodes, cœliaciq; & qui lā  
guent pridem ex uesica, nec non attoniti &  
suggilati, expedit admodum magnam esse  
pellem, ipsamq; ungi oleo. & in tenui harēa  
insternere, mota & prius calefacta pelle, des  
ponere languentem, capite aperto lino cru  
do. ut uno mō diu maneat. ne quoq; se mo  
ueat, postq̄ satis corpus exæstuarit, uolutari  
iubeatur, et in latus aliud repositus conquis  
ciscat, idq; sæpius faciat, eodem modo in ha  
rena admittatur, mutato continue loco, ibi  
presto adesse ministrum oportet, qui calidis  
simam seruentēq; q̄ maxime possit tolerari  
collectam harenam corpori iniiciat, offuso  
ea. quod si propinquum fuerit mare, eius  
utendum harena est, commodior enim est,  
et magis illos extrarios, tabidosq; educit hu  
mores. æstuatō harenæ. loco pellis erit, at  
fluuialis harena si sit, pelle potius utendum  
fuerit. Nam fluuialis harena & aer exhalari  
onibus sunt humidiores, quod si salis copia  
fuerit multo præstabit, tenui sale substrato  
perlectū. Debet autē profunditas non esse  
tribus palmis minor, nisi enim profundus  
sic

fit salis sinus, calor facile diffabit, si ex alto  
nō euaporat, educiturq; sinu,

De sāguinis detractiōe p uenas qm̄ gr̄eci  
phlebotomiā uocāt ex eis que Galen<sup>9</sup>  
scripsit & Aetius.

Considerandi qui in corpore compræ  
hensi sunt humores, quod nam membris  
commodum, incommodum ue inuehant  
unde emanāt actiones. Conglobata itaq;  
multitudo duobus dicitur modis, aut pote  
state ea dicitur multa, aut amplitudine uaso  
rum humores compræhendentium. Quē  
admodū igitur onus non statim cū grauat  
& laborem infert. Statim etiam summittit  
ac superat, & prostermit, eodem quoq; mo  
do, cum uis languentis a multitudine sup  
atur, fieri potest, ut aliquandiu obsistat, nec  
succumbat homo langori, quod si diutius  
subuenire neglexerit. tum uis corporis suc  
cumbat, concidatq; necesse est, hos ergo sā  
guinis detractiō plurimum iuuat antequā  
languentis uires pessum eant. ac si in cor  
pore sanguinis uis magna non fuerit  
sanguinis tamen detractiō utilis est. inflam  
matione incipiente, plaga aliqua preferire,  
uel ob membri debilitatem, humoribus e  
toto corpore conferuim in id membrum  
confluentibus quandoq; enim in membrū  
aliquod cōglobatim procurrēte sanguine



aut oblanguentem eis perditum ita aſione.  
 aut ſingulare affert detrimentum, quemad-  
 modum in attōitis fieri cernimus, eſt etiam  
 ubi uas diffringat ueluti contingit hæmop-  
 toicis, neq; tam ſocordes nos eſſe conuenit  
 ut redundare ſanguinem negligenter per-  
 mittamus. Confeſtim namq; leuandus de-  
 trahendusq; eſt, anteq; malum aliquod in-  
 ſigat corpori, ego inq; Aetius podagricos  
 cōplures [tribus] iā uel quatuor annis dolore  
 oblanguentes unctiōibus curauī, aut re-  
 dundantem leuando humorem purgatiōe  
 uel ſanguinis detractiōe Nam podagricis  
 & articularibus morbis, comitialibusq; &  
 melācholicis, aut ſanguinem expuentibus  
 hebetemq; oculorum aciem habētibus, cō-  
 tinueq; anginae ſuccumbentibus, uel peri-  
 pneumōicis, uel pleureticis, uel lippitudine  
 egreſcentibus uel (ut ſemel ſiniā, uniuerſaq;  
 compræhendam) cōtinuo iugiq; magnæ  
 ægri tudinis deiectis obnoxiisq; periculo,  
 plus cæteris remediis neceſſaria eſt ſanguinis  
 detractiō. Conſideranda uero in omni ſan-  
 guinis detractiōe. q̄ntitas et q̄litas, magnitu-  
 doq; morbi, aut p̄lēs aut ſuſpecta expecta-  
 taq; ætasq; pubeſcēs, & præcunctis potētię  
 firmitudo, aut infirmitas, inde naturalis to-  
 tius corporis habitus, anniq; tempus, & re-

πῶς πνεύς  
 μούνα abs  
 lcellus pu  
 lmonis.

gio, presensq; languentis habitus. uitaq; præterita, & uicius. eduliorumq; & potum copia, precipue multum nutrientium quibus is assuetus est, necnon si qua inoleuerint ei exercitia, quæ omissa sint, si quæ pretermissee neglectæq; sint purgationes. at ingruente opprimenteq; multitudine non est profusus sanguis detrahendus, nam cum aliquis in corpore crudus fuerit humor cõglobatus pensiculate, & minime imprudẽter agendũ est, quoad uires ægri confirmentur, & humor oppugnetur. Id autem ex urinis aliisque signis nobis licebit cognoscere. soluta namq; & substrata prius sanguinis detractionibus potentia in huiusmodi affectionibus, ad extremum deduci consuevit, ut amplius refici instaurariq; non posse uideatur, itaq; et uite ingens discrimen imminet. presertim ingruente febre æstiuo tempore, stomacho male affecto, aut corpore toto remollescente, & temperamento natura humido, tales namq; facile distrahuntur, celerrimeq; in syncopẽ ruunt, tamen si ingens non obuenit febris & aliquãdo pluribus huiusmodi malis obrutus homo consumitur. nequidem id committendum per hyemem, aut si locus fuerit frigidus, naturaq; hominis frigidior, tum enim omittenda est sanguinis detractio. Talibus

libus namq; ac eo modo affectis, mediocri-  
bus frictiōibus et unctiōibus. mediocriter  
calescentibus, potionibusq; secātibus me-  
demur. occurrimusq; suppetias.

De mensura detractionis.

Aegritudinis magnitudo, uiriūq; robur  
in sanguinis detractione primo considerā-  
tū quæ magna quidem plus fieri posse idicāt  
detractiōnis, minora uero, qualitate detrac-  
tione purgandum deiciendumq; quoad  
uis magnitudoq; morbi diminuatur. Con-  
sideranda porro est qualis nam sit hominis  
natura. Nam si mediocriter graciles corpo-  
re fuerint. ingentesq; habeant uenas, & san-  
guine refertas atq; copiosas, detractioni par-  
cendum non est. At si uenas habeant angu-  
stas, albicq; corpore, molliq; carne, parce san-  
guis est detrahendus, paucum namq; hi ha-  
bent sanguinem, ac facile distrahūtur. eadē  
ratione, nequidem adolescentibus anno-  
rum quatuordecim detrahendus est sanguis, &  
nequidem senibus precipue debilibus, at q-  
bus uires sunt integræ, & necessitas efflagi-  
tat, uel sepruaginta annos natis sanguinem  
dempseris.

Quæ sint secāde uenæ

Euellendiq; unde uis causa in directum  
erumpēte sanguine, secato uenas, sicut dex-

Cels. li. 2.

Cap. 2.

Interest enim nō  
quæ ætas  
sit, neq;  
qd i cors  
pe intus  
geratur,  
sed quæ  
uires sint.



tra nare edente sanguinem, in dextra manu  
difficile uenā sinistra uero in sinistra. at sple  
ne languente eam, quæ media est uena inter  
anularem & minimum digitum, aut interi  
orem cubitum, ubi brachii inflexio est. In  
pleureticis laterumque doloribus latus seca  
languentis in rectum, ingentibus uero ocu  
lorum doloribus, mirifice prodest in rectū  
languentis oculi secta uena, quæ græce ho  
mīæa, latine humeralis dici potest, ad curua  
turam ipsius, quæ ancon uocitatur. nam se  
ctæ interiores uenæ prosunt partibus in imo  
iugulo languentibus, exteriores uero, quæ  
sunt in facie & capite. mediæ porro utrisque  
Cauendum autem in uenæ sectione ne er  
ror subsit, uenæ siquidem mediæ neruus ad  
iacet, in parte uero inferiore arteria subiit  
citur, hanc ne seca, nisi magna urgeat neces  
sitas, humeralem namque uenam secare sine  
periculo possis, magnaque in hac facta sæpe  
concisione non consequitur inflammatio,  
neque dolor ullus, quare secure & intrepide  
secari potest. At interior & media (quia ma  
gnum consequi potest detrimentum) atten  
tandæ non uidentur, uerū sicut memoratæ  
partes in ancone sanguinis detractionibus  
subleuantur, plæneque adiuuantur. ita eodē  
modo, quæ sunt infra easdem partes, hoc  
est

est in iunctura narium, & coxendicum, & scemoribus, & uesica, in poplitibus, & talis Renes autem medio quodam habent modo, adiuuantur namque sanguinis detractio ne, quæ per anconem brachii, & uertebam fit, & quæ inferne fit. Visæ autem ischiades quæ die modo uno curatæ sunt, facta in brachiis detractio, quæcunque non a frigiditate, sed a repletis sanguine per coxendices anconibus factæ sunt. Expediit autem in cunctis exordium capientibus inflammationibus pro illis sanguinis facere alicubi detractio nem, uelut pede inflammato, e manu sanguinem elicere at in langoribus antiquis præcipue quidem ex ipsis languentibus locis, si minus ex proximo id fieri expediit loco.

De concisionis magnitudine, ex  
antylo.

Egentibus indubitata & expedita detractio magna concisio facienda est, & ubi in sanguine crassitudinem contineri conijcimus. quibus autem auellere, & sanguinis effusionem uolumus auertere, uelut in sanguinem reiicientibus, aut e naribus facta eruptione, aut altera parte, exiguam facere expediit concisionem, neque enim detractio sanguinis eget a langore in eam deducti eruptionem, sed auertendi distrahendique causa id  
fit.

fit Expedi igitur in talibus permittere diu-  
sanguinem e uena effluere, tum autem par-  
uis utendum est concisionibus, in phreneticis,  
quos possumus deliriosos nominare, et  
insanientibus. ac prorsus mente concussis,  
ut celeris concisionis possit fieri glutinatio,  
euenit namq; sepe, ut delirantes clanculū  
manus uinculum exoluant, quare si magis  
nam contigerit esse concisionem ex sangui-  
nis eruptione periculum consequitur, at in  
parua concisione, uel pusillum aliquid uul-  
neris os poterit obsruere prohibereq; quo  
minus erumpat. Exiguus preterea utendum  
concisionibus in paruis uasis, magnis uero  
in maioribus. nam si in magnis uasis parua  
fiat concisio strangulatio fiat, necesse est.

#### De figura cōcisionis.

Concisionis autem figuræ sunt tres, ob-  
liqua una, altera recta, non secans, sed didu-  
cens, aperiensq; in rectum uenam, tertia por-  
ro inter has media uergens, declinansq; no-  
minata. Obliqua igitur utendum. cum in-  
gentem uoluerimus committere concisio-  
nem, uergentem uero figuram utilem duci-  
mus. ubi detractione opus fuerit, cumq; ita  
concidentes in uase neutiq; hallucinamur,  
& sanguinis emissio ex obliqua sectione  
aspectui pulchrior offertur, tanq; reuoluto  
subuersoq;

subuersoꝝ sanguine inter exiliendum. spacioſa uero in rectum figura idonea, ubi nō uno modo die, ſed altero, & quandoꝝ tertio auferamus, inflectendo ſiquidem ancoſnem hiant, diducunturꝝ conciſionis orꝝ in rectum conciſio, ubi conciſione humorum conuerſio fieri conſueuit, nec adeo uenuste ac figura exilit ſanguis.

Quo tempore ſit detrahendus ſanguis ex Galeno.

In omni diei noctiſꝝ hora, urgente oportunitate, ſanguinem exige. in febricitantibus paroxyſmi augmentum cuſtodiendū aut eſt, per ſimilitudinem, aut per aliud eiꝝ modi ſine febrī, cum opus fuerit ſanguinis detractiōe, magnitudinem doloris conſidera, inflammationiſue, qua enim hora dolorem mitigatum intuebere, ſanguinē educito, quod ſi horum nihil urgeat. præſtabit matutino tempore ſanguinem detrahere, nō utiqꝝ ſtatim cum experrectus surrexerit eſt lecto, ſed uigilem ad horam modo unam præſtolari expedit, aliquibus etiam melius eſt prius lauare, aliis prius deambulare, uel utrumꝝ facere, quos autem obſeruationis cauſa leuādos ſanguine putamus, concedit ut cum aliqua ſua conſueta obierint negotia, ſanguinis detractiōe leuentur.



De detractiōe ex Galeno.

A quibus autem uolumus diuertere, bis  
nis diebus cōtinuis melius eduxeris. ac ubi  
multa fuerit opus detractiōe, uires tamen  
fuerit exhaustæ, ibi detractiōne expedit dis  
pēfare, ac primam detractiōem esse oportet  
minorē, ut rursus auferas, ac si uolueris  
etiā tertio, uerum cum sanguinis copia  
multa esseruescit, ut acutissimam succendat  
sebrim, uelut in eis, quæ synochi nomina  
tur, tum expedita & una opus est detractiō  
ne, quæ attērandā est, ut eousq; fiat, quoad  
spiritus oblanguescat, deficiatq; anima, ui  
considerata potentiæ per pulsus, ablatum  
namq; in nonnullis sanguinem se puidisse  
ferunt præstātissimi medici statim ad libras  
usq; sex Exiliente autem sanguine oportet  
ppetuo pulsus attractare, nē te lateat, līt ne  
animæ defectus, an mors adueniens.

De arteriæ sectione ex galeno

Arterias concidunt medici in temporis  
bus quidem propter oculorum distillatio  
nes, cum calidæ sunt, ac spiritosæ. nī occipi  
te autem eisdem hebescentibus acie, prefer  
tim in antiquis capitis ægritudinibus calis  
dis, ac spiritosis laborantibus, atq; iterum  
ob multos antiquos circa caput langores  
utuntur aliqui ea educatione sanguinis secā  
do

donec pone aures arterias. Aliqui autem arteriam secare uerentur, quo sanguinis compescant eruptionem, in cicatricem abeunte sectione in nonnullis dilatatur.

De astrictione arteriaca.

Eruptione igitur sanguinis ex arteria facta, expedit ipsam hamis reuellendo totam oblique discindere, inde alohē & thuris manam dissoluendo, ac oui albumine madefaciendo, molliculos leporis pilo adhibendo, qui plurimum medicaminis habent imponere, & solidescet uulnus, consistetque sanguis.

De cucurbitula, ex eis que scripsit Antylus

Non in lāgorum primordiis, neque in corpulentis, obesisque corporibus utimur cucurbitulis, sed cum leuatum totum corpus est, & ab eo subtracta superflua, nec amplius effluit e membro cucurbitula leuato, neque opus fuerit mouere, & quatere & trahere destitutū in ea parte inutile fluxū, Cauendū autē est ne mānque cucurbitulā admoueamus, quas si admouerimus uehementer molestā faciunt sublationem, tum spōgiis ex calido auferendæ sunt cucurbitulæ, ita namque consueuerunt remitti, quod si non ita, pforadæ sunt cucurbitulæ. Sciendum autem est non modo in loco sanguinis destractionem ex

Cels. li. 2.  
Cap. 10.  
Cucurbitularū uero duo genera sūt, æneum et corneum.

uena detrimētum inferre, anteq̄ totum cor-  
 pus subleuetur, cum ex languentibus parti-  
 bus sanguis aufertur, sed etiā si cucurbitula  
 adhibeatur, & sanguinis quidem per uenā  
 detractio una minus periculosa est, habita  
 namq; ratione illationis ad materiā, sanguis  
 educitur, at cucurbitula facta impressione  
 ui materiā auellendo multum amplectit̄  
 locum, non sensibilis uasis faciendo diuisio-  
 nem, euellit, iuxta rationē materiā euacuat,  
 non rōne incedentis ac ad hypochondria ū  
 oportune adiecta presertim in synochis feb-  
 ribus, uel hemitritaicis, precipue concussa  
 languentis mente, et si succumbant sensus,  
 suffocationes, & interitus eo die consequū-  
 tur. importune autem capiti admissa lethar-  
 gum efficit, prociduntq; oculi. hęc uitanda,  
 ubi bene accidit, omnio hinc longus capiti  
 aliquis langor inuehitur.

ληθαργος  
 morbus  
 ab obliui-  
 one oīm  
 rerū dict⁹

De scarificatione ex Galeno.

Pituitam Galenus non censet sæpius per  
 annum cōmodum esse distrahere sanguine  
 quod cum sanguine multus uitalis educat̄  
 sp̄ritus, quo quidem foras scateñte densius  
 moles uniuersa refrigeratur, cūctaq; natura  
 lia opera deteriora reddūtur. quare a remo-  
 tioribus membris aufertur. Iuuat autem tū  
 scarificatio & oculos pridē stillantes, & circa  
 caput



caput affectiones alias, & circa thoracem et  
anginas. Densitates autē, quæ post sãguinis  
detractionem factæ fuerint, e toto corpore  
soluere loci scarificatione oportet.

De hirudinibus ex eis quæ scrip  
sit Antylus

Hirudines, quas sanguisugas uocamus, *Ausc. sen.*  
cape tibi, custoditoq; ad diem unam, abiice *4.1. Cap.*  
eis paucū modo quo nutriantur sanguinē *22.*  
Cum autē membro alicui eas opas fuerit  
ad mouere. nitro & dulcissima bene abluat  
aqua, inde sanguine calefacto illinias locus  
Postea impurgatā mitte aquam hirudines,  
spongia ipsarum fumidum abstergendo ita  
ad moueto, que tumentes educere non cessa  
bunt, quoad salem ori immiserimus, aut ni  
trum, aut cinerem. posteaq; exciderint spō  
gis locus est calefaciendo abstergendus. &  
si sãguis eruperit, cici dem ustam, aut linteū  
ustum admoueas, aut spongas humecta pi  
ce intingendo, & urendo insperge, sup neq;  
imponito chartam aceto aspersam.

De abstinentia ex Celso

Abstinentiæ duo sunt genera, alterum ubi *Cels. li. 1.*  
nihil assumit æger. alterū ubi nō nisi quod *Cap. 15.*  
oportet. Initia morborum primum famen  
sitimq; desiderant. ipsi deinde morbi mode  
rationem, ut neq; aliud q; expedit, neq; eius  
ipsius

nimum sumatur, necq; enim cōuenit iuxta  
inediam protinus satietatem esse. quod si fa-  
nis quoq; corpori iuuat laborantem. q̄ tem-  
pestiua abstinētia.

De deiectione ex Antylo.

Operosū est. quorum sana sunt corpora  
purgare. torquētur enim & subuertunt p̄  
ceditq; difficilis deiectio, confestimq; dislo-  
luuntur. qui eo modo purgantur. expedit  
igitur eis, quos purgare uelimus, prius tenu-  
are, secareq; crassos & glutinosos humores  
spira mentaq; quos uoce græca poros no-  
minamus, interpellare, q̄bus succi transum-  
untur, & trahūtur a purgatoriis medicami-  
nibus, ac serosos tenuesq; succos in princi-  
pio ægritudinum deicere expedit, at in cras-  
sis et glutinosis expectanda cōcoctio. In acu-  
tis autem cū moueantur materię. & a prin-  
cipio medicamen adhibetur, id multa fieri  
conuenit cautione, in motu namq; & dela-  
tione, & fluxu cum fuerint humores, ueren-  
dū est, ne quoquomō ibecillū aliquod suap-  
te natura intestinū cōmotā excipiat materiā  
præcipue thorax. Cum autem parti alicui  
humores infederint, quēadmodū in uiscerū  
fieri solet inflāmationibus. medicamen pri-  
usq̄ concoctio facta fuerit, nō erit ad mouē-  
dū, quicunq; enim inflāmata inquit Hippo-  
crates

ates a principio medicamine dissoluere  
tentauerit, ex constructo & inflamato nihil  
aufert, neq; enim cruda ægritudo se dedit,  
ac remittit, uerum quæ sana sunt, & lægorē  
oppugnant eiq; oblistunt, tum contabescūt  
Cum enim debilitatum fuerit corpus, tum  
regnat ægritudo, atqui quādocunq; regna-  
rit ægritudo. iminet perniciēs. In materierū  
quidem deductione utimur purgationib⁹  
in cephalæa capitis morbo, hebescentibus  
oculis, hemicrania, comitiali, asthma, idest  
uachementiori anhelatione, orthopnœa, cū  
strangulatio obuenit recta ceruice, ischiade  
in coxarum uertebriis. arthreide, articulari  
podagra, nephriide, renum langore, in uesi-  
ca, & fœminibus si antiqua fuerint. itidem  
ubi perpetuo fluxus agit, uel aures uel na-  
res, uel oculos, uel os, uel stomachum, uel to-  
tā superficiem, neq; aliis adminiculis exares-  
cit, neq; aliter sistat. solet enim alui deiectio  
atq; purgatio profluxus cohibere. hic nāq;  
constituendum etiam de hæmorrhoidum  
cura Sumimus quoq; deiectionē melācho-  
lici humoris, quē atram bilē latine appella-  
lamus. post sanguinis detractionē p uenas  
ut autem q̄tiamus, moueamusq; uetustā af-  
fectionē, deiectionibus in remissione utimur  
ubi attoniti siamus apoplexiam uocāt gre-  
ci

ei, ubi nō nutriātur, ubi lāgueā ubi cōsopriā  
tū, moleq; oppriātur, ī quīs corpīs pte cōti  
gerit ubi sup corpīs tēpāentū afficiātur. utiur  
deiectionib; in diuinis febrib; ut quiddiāis  
q̄rtanis, furore, melancholia, destitutiōe, q̄  
ecstasi uocāt grēci, malo habitu. cūq; nō ali  
tur corpus ob hūoris iprobitatē, in elephā  
tiasi, impetigine, lepra, exhātematis, phthiri  
asi, quē quidā pedicularē morbū uocant, in  
hulceribus sponte factis, profluxionibusq;  
Ob hoc obsidentē & perturbantē educere  
humorē expedit, & proinde deiectionibus  
utimur. in aqua intercute, arquato. uentris  
profluxus ordinādi sunt, in quibus assumi  
mus deiectionē. quandoq; acutus & mal<sup>9</sup>  
humor residet in tuniculis uentris, aut inte  
stinorum ī modū acutarū glandiū, qui acu  
tis inundationibus irritat intestina, simulq;  
admonet exacuitq; ad excernendū, simulq;  
acumine uellicat circū corpus. In his ergo  
oibus utimur deiectionibus. quo eiusmodi  
e corpore humorē eximamus, exhauriāus  
q; purgemusq; uentrē & intestina. at in uni  
uersum medicaminibus utendū est purga  
toriiis, in quibus firmitudo corporis est, &  
promptitudo expedita, stomachusq; potēs  
ubi multa in corpore iutilis colligatur ma  
teria, qui autem obesi purgationi inepti sūt  
quicq; multi sunt sanguinis, & continue aīa

φθειρασι

ικτερικία  
latinis ar  
quat<sup>9</sup>, &  
morbus  
regi<sup>9</sup>, dici  
tur.



succumbentes, deficientesq; qui difficiles et  
 cōfestim uomētes quauis oblata occasione  
 Itemq; pueri & senes, & mulieres multum  
 mēstruis purgatæ, quicq; corpore sunt puro  
 quicq; in uictu sunt moderati, & quibus na-  
 tura suapte aluus astringitur, & qui tormi-  
 ne et cœliaca affectione facile capiuntur. Hi  
 omnes deiectioni non sunt idonei. Deiectis  
 onē inquit Celsus antiqui uariis medicæen-  
 tis. crebraq; alui ductione in omnibus fere  
 morbis moliebantur dabantq; aut nigrum  
 ueratū, aut siliculam, aut squāmā æris, quā  
 lepidochalcon græci uocant, aut lactuce ma-  
 rinæ lac, cuius gutta pani adiecta abunde  
 purgat, aut lac uel asininum, uel bubulum  
 uel caprinum, e q; salis paulum adiciebant,  
 decoquebantq; id, et sublatis iis, que coierāt  
 quod quasi serū supererat, bibere cogebāt  
 sed medicamēta stomachū fere lædunt, idē  
 oq; omnibus catharticis alohe miscenda  
 est. aluus si uēhementius fluit, aut sæpius du-  
 citur, hominē infirmit. Ergo nūq̄ in aduer-  
 sa ualetudine medicamentum eius rei causa  
 recte datur, nisi ubi is morbus sine febre est  
 ut cum ueratrum nigrum, aut atra bile uer-  
 xatis, aut cum tristitia insanientibus, aut iis,  
 quorum nerui parte resoluti sunt, datur. at  
 ubi febres sūt, satius est eius rei causa cibos  
 potionesq; assumere, qui simul & alant, &

κοιλικός  
 uocatur  
 qui aluū  
 induratā  
 habet.

Cels. li. 2.  
 Cap. 11.

λεπιδος  
 χαλκός

κώλον,  
crassioris  
intestini  
pars est

uētre[m] molliant, suntq[ue] ualitudinis genera  
quibus ex lacte purgatio conuenit, plerūq[ue]  
uero aluus potius ducēda est, quod ab Æli  
clepiade quoq[ue] sic temperatū. ut tamen ser  
uatū sit, uideo plerūq[ue] sæculo nostro præte  
riri Est autem ea moderatio, quam is secul[us]  
uidetur aptissima, ut neq[ue] sæpe ea medicina  
tentetur, & tamen semel sumptum uel bis  
non omittatur, si caput graue est, si oculi ca  
ligant, si morbus maioris intestini est, quod  
græci colum nomināt. Si in imo uentre, aut  
in coxa dolores sūt. Si in stomachum que  
dam biliosa concurrunt, uel etiam pituita  
eo se humorue aliquis aquæ similis cōfert  
Si spiritus difficiliter redditur. Si nihil per se  
uenter excernit, utiq[ue] Si iuxta quoq[ue] stercus  
est, & intus remanet, aut si stercoris odorem  
nihil deiiciens æger ex spiritu suo sentit, aut  
si corruptum est, quod excernitur, aut si pri  
ma inedia febrē non sustulit, aut si sanguinē  
mitti, cum opus sit, uires non patiuntur, tē  
pusue eius rei præteriit, aut si multum ante  
morbum aliquis portauit, aut si is, qui sæpe  
uel sponte, uel casu purgatus est, subito ha  
bet aluum suppressam. Seruando uero illa  
sunt, ne ante diem tertium ducatur, ne ulla  
cruditate substantive, ne in corpore infirmo,  
diucq[ue] in aduersa ualitudine exhausto, neue  
inco

in eo cui satis aluus reddit quotidiē. qui ue  
eam liquidā habebit, ne in ipso accessionis  
impetu, quia quod tū infusum est, aluo con  
tinetur, regestūq; in caput, multo grauius  
periculū efficit. Pridie uero abstineri debet  
eger, ut tali sit aptus, curationi, eodē die ante  
aliquot horas aquā calidam bibere, ut sup  
iores partes eius madescant, tum iniicienda  
aluus est, si leui medicina contenti sumus,  
pura aqua, si paulo ualentiori, mulsa, si leni  
ex aqua, in qua foenumgræcum uel ptisana  
uel malua decocta sit. Si reprimendi causa  
ex uerbis. Acris autem est marina aqua,  
uel alia sale adiecto, atq; utraq; decocta cō  
modior est. acrior fit adiectio, uel oleo, uel  
nitro, uel melle quoq;. Si acrior est, eo plus  
extrahit, sed minus facile sustinetur id, quod  
infunditur, neq; frigidum esse oportet, neq;  
calidum, ne alterutro modo lædat, cū infus  
um est, quantum fieri potest continere se in  
lectulo debet æger, ne primæ cupiditati de  
iectionis protinus cedere. ubi necesse est, tū  
demū desiderare, fereq; eo modo dempta ma  
teria superioribus partibus leuatis, morbū  
ipsum mollit. Cum uero quotiēs res coegit  
desidēdo aliquis se exhaulit, paulisp; debet  
conq;escere, & ne uires deficiā t, utq; eo die  
cibum assumere, qui plenior, an exiguus sit

C dād,



dandus, ex ratione eius accessionis, quæ expectabitur, aut in metu non erit, æstimari oportebit, his itaq; in uniuersum de deiectione consideratis, iam nobis a medicaminibus, quæ flauam bilem deiciant, purgentq; est incipiendum.

Flauam bilē deiciens.

Alohe solutiōne educit colerā, & flegma, et mūdicat caput ab eis & stomachum. c̄,  
Mesue

Alohe corpus quidem totum nō deicit sed in stomacho, & aluo, & intestinis bilem sine tristitia, placideq; educit cum hæretib; reliquis. Dandum ergo capite perturbatis ob a stomacho in ipsum perpetuas exhalationes. nā deicit sublato inutiles, fumidosq; uapores. Dandum etiam hoc medicamēlippis eadem de causa, necnon ob bilē sitibūdīs, quibus lingua facile exarescit, necnō ob stomachi ardorem, uel sordē, uel tristitiā modo aliquam auertentē, quæ exhibeant Dandum etiam eis qui ignorata ratione exalbescant, pallefantq; & ubi opus sit redundantias aliquas educere. Dilutio autem in ipsis aliqua de causa compræhendi non potest. Dādum uero alohes quantū drachmæ duæ cum melicrato. Poterit autem sumere uel matutino tpe ante cibum, uel post prandiū. Soluendo autem alohen subigat cum succo corticis citrii, qui si desit utatur brassicæ succo. Habeant autem cataporia  
ciceris

cicris magnitudinem, exhibetoque tria uel  
quinque, cui opus sit. possis quoque ipsam alohe  
subigere cum terebinthina, cumque melle co-  
cto. Inter bibendum aut sorbendum est, uel post  
portionem melicratum deicientia ac purgati-  
ua omnem e corpore causam mali, instar cur-  
bitule uenantur in membra opportuna  
adherentia, in uentremque aduentia.

### Scamonia.

Scamonia autem agit in primis flauam  
bilem, sed cor uexat, & tetri odoris est, ac tri-  
stis. sitimque ualde exuscitat. Nam cum sint cor-  
pus purgatiua omnia stomacho aduersa pre-  
ter alohen, praeter cetera improba, infestaque  
stomacho est scamonia, quare obseruanda  
est eis, qui debilem stomachum habent, &  
febricitantibus. Nam cum sit leuissima, faci-  
le uenatur in corpus, & commouet omne in-  
ipso impurum, impurgatumque, at impedit  
a calore febrili, quominus superflua possit  
excernere. quare exhibenda est eis. qui care-  
ant febre, & firmi sint stomachi, & qui non  
facile animo oblanguescant, atque deficient.  
datio. exhibitioque ipsa drachmarum sit dua-  
rum uel plus minusue, prout languentis erit  
firmitudo, miscenda uero est, sali & thymo-  
gumi, uel glichoni immittenda, melius mis-  
cebitur alohe, si possit tolerari. dat autem  
G t per

Scamonia  
solutione  
educit cor-  
leram cum  
fortitudi-  
ne, & at-  
trahit eam a  
sanguine,  
& uenis  
uehementi-  
Et eius op-  
patio est  
sicut opas-  
tio furiosi

per se cum melle uel succo ptisanæ, ubi clā,  
culum uolumus, & occulte exhibere.

Peplium.

Huius semē cū ramulis arefactis ī umbra  
cōtunde. exhibe drachmas. iij. in melicrato  
acetum aliquantulum. modo cum flaua aut  
bile. atram quoq; & pituitam agit, confrin-  
gitq; inflationes, quemadmodū cōmonet.  
Hippocrates, præcipue igitur congruit lan-  
goribus sufflantibus, sicut atrā bilem agit,  
ita uetustis splenis congruit tumoribus, &  
fœminibꝰ, & colo, dēsisq; ī uētre tumoribꝰ.

Elleborus.

Cels. li. 2.  
Cap. 11.  
Ut cum  
ueratrum  
nigrum,  
aut atra  
bile uexa-  
tis, aut cū  
tristitia ī  
sanctibꝰ,  
aut hīs qꝯ  
nerui par-  
te aliqua  
resoluti  
sūt. datur.

Elleborus niger deſcendit inferne nigrā &  
aridam bilem e toto corpore ipsam hauris-  
endo, ideo febricitantibus langoris ambitu  
one ipsum adhibemus. Datur etiam insani-  
entibus heterocranicis lāgore uetusto capi-  
tis perturbatis. Præcipuum autem medica-  
men & accōmodatissimū est ī testinis, & fœ-  
minibus, & uesicę, ubi oblanguescant. Eius  
autem uis est ingens ad exigēdum proprie-  
si quid corruptibile cum sanguine amisce-  
atur, & perinde uetustis arquatis perutilis,  
& asperitatibus in superficiem adductis, ut  
lepris, impetiginibus, & id genꝰ aliis, accō-  
modatus item est elephantiasi. exhibitio est  
drachmarum. iij. plꝰ minusue iuxta medici  
pru-

proleptiā, circa radices tenuibus lignatio-  
nibus aliquantulū aqua conspersis, inde ab-  
lato cortice, & arefacto in umbra, & discisso  
et cribrato exhibetur cum dulci uino uel cū  
oxymelle. Conuenit autē cū ipso cōponere  
suauitatis causa aliquantum petroselini, &  
dauci, ac si magis efficax uelis esse medica-  
men, ammisce parū modo scamonię.

De eis quę atram bilem purgāt.

Atram uero bilem agere uolentibus utē  
dum precipue, qui melancholici sint, stoma-  
chici facile commoti, iracundi, morosi a cō-  
uentu hominū abscedentes, & qui purgati-  
one egeant, qui aridi, exigui sanguinis. ma-  
xime in autūno febrili, his, inquam quę di-  
centur. Epithimum atram bilē deicit de-  
horsum, exhibendū est concisum cū uino  
dulci, & oxymelle, & pauco sale, confert lā-  
goribus sufflantibus, & hypochondriacis,  
& quibus iecur grauatur, & difficultatem  
habentibus anhelitus, ac sicut epithimum,  
ita quod in stybe nascitur, quodq; in thym-  
bra, appellatū epithymbrū purgat, nisi qđ  
potentia utrūq; debilius est. Polypodium  
agit bilem precipue atram, & pituitam. Da-  
to autem radice purgatę drachmas. vi. in-  
fundens ei melicratū aquosum Purgat autē  
mediocriter etiam in iure galinę, & in pitis



sana radix cocta sine tristitia. Glichon agit  
atram bilem intinctus aceto, potus in melis  
crato, ita tragoricānū, et parthenium, quod  
etiam leucanthemum uocitatur, cuiuslibet  
quantitas drachm. vi. Alysum quoq; idem  
facit, exhibetur ipsum drachmarū. vi. Præ-  
stat autem hæc dare cum aceto, & sale pau-  
co, & aqua, arida, solutaq; loco imponem<sup>9</sup>  
Armenium, quo pictores utuntur, purgat  
atram bilem, & qcquid sanguini fuerit am-  
mixtū crassum, & tenax, unde datur melan-  
cholicis, & elephantiasis languentibus, & id  
genus aliis, & nephreticis, & asthmaticis,  
quod exhibetur drachāarū. iij. Cētauriū  
tenue bilem purgat crassissimam, & mucū  
Ideo cōmode datur splenicis. Potatur autē  
ipsius coctio, seruefacta cum aqua. ut si cen-  
taurij drachmę. vi. sint. Aquæ autem acetosę  
buli mensura, coquatur autem ad dimidiū

De iis que pituitam agunt.

Pituitam agere, deicereq; uolentes, qui  
habitu sunt frigidiore, & egritudine, et etate  
ut grandis etatis, attoniti, tumidi corpore,  
qui emungunt, excreantq; crassa, qui ischis  
adici, turbati a pituita, et qui aqua intercute  
tenentur, his utantur, Colocynthis purgat  
pituitam, & bilem, ideo purgat neruos, ner-  
uosq; corpora. datur itaq; uicissim omni-  
bus



**bus** circa caput lāgoribus, & orthopnoicis  
ac similibus, ischiadicis, & arthriticis, quicq  
circa renes, et uesicam antiquam sunt nacti  
affectionem. Est etiā aliis adminiculata egri  
tudinibus, quę duram & solidam habēt af  
fectionem, quantitas drachmarū. ij. enterio  
ne in melicrato cyathis duobus. imbecillis  
drachma. Alba autem & mollis deligenda  
enterione. nam arida & nigricans mala in  
cidatur, & soluatur diligenter, & sepius cri  
bro mundetur, & cum usus uenerit, dissol  
uatur cum melicrato bene i mortario, quę  
tenuior anteq̄ aspergatur, esse uidebitur, a  
cutis langoribus stomachum & uentrē uel  
licantibus, & cōtortionibus dissolutissima  
pota cum melicrato subuenit. quod si quis  
mitius purgare uoluerit sumat colocynthi  
dis quātitatē idoneā, hāc diducat supne ut e  
ducat oē semē. Inde ipsius iliud glubosū ipl  
ēdo ipsā fruto. uel uino dulci antiquo sinat  
die noctuq̄ madefieri, inde colet, rhaco, pā  
no, inquam aliquo. Vinū cum calefecerit,  
det potandū, id purgat optime arquatos,  
uoce gręca ictericos dicimus, necnō quę in  
cute fuerint exātheses, ac liuores. Tithymal  
lus agit pituitam, & bilem. Dantur autem  
egro ramuli uirides, et i testa aliqua aliquā  
tulum friguntur, inde dissoluūtur. Ammis  
cētur

ισχιαδικο.  
sūt bui ex  
uertebri  
ac coxen  
dicib9 la  
borant

centur autem drachmę. iij. aut. ij. farine  
aqua & bibitur. nam arefacti ramuli min⁹  
ualent dissecti, quoq; tithymalli cape radicē  
arefacito in umbra. Inde ubi usus aduērit  
deme corticem, & cōtunde, ac cribelia grās  
mata. iij. īmergito uino dulci ueteri, ac sine  
macerari die noctuq;. īde cola pāno, & pau  
xillum modo calfacito, inde prębeto uinū  
potandum, id purgat integre, hoc solēne est  
& sine molestia purgat, bene quoq; & sine  
molestia purgat, etiam succus tithymalli, q  
circa aquas, & humidis nascitur locis. Item  
qui in siluis nascitur sumptus cum sale, uel  
pane arido soluto, deturq; quātum sit nux  
cum aqua frigida. succ⁹ tithymalli exhibe  
tur a quibusdam uel cum aridis ficibus, uel  
cum farina guttis fere. iij. uel. v. sed hulce  
rant linguam, & quę circum ipsam. et pot⁹  
aluū plurimū calefacit. Elaterium purgat  
pituitā, & bilem. Prębe autem obolos tres  
cum lacte statim multo mensura acetabu  
li, quę sit hęc mensura, supra ubi de geome  
tria dictum. Cnidius coccus purgat magis  
aquosa, & serosa, deiicit etiam bilem, pitui  
tam mediocriter. Est autem estuosus & acu  
tissimus. Datur autem, quantum sint cocci  
triginta, si mitius purgare uelis da coccus.  
xx. uel. xv. dato etiam quod intra grana ip  
sa

fa<sup>ca</sup>, terēdo cum farina & uino, & potari iu  
 be, In potiōe aut em oleum rosaceum sit, uſ  
 paucum melinū, ut absorbeatur, ne guttur  
 exurat. at præstat dissoluere et subigere cata  
 potia cum melle cocto. Agaricum purgat  
 pituitam & bilem. Dato autem drachmas.  
 ij. cum melicrato, aut oxymelle, at est inimi  
 cum stomacho, quia leue & innatans. La  
 thyrus purgat magis phlegma. danda sunt  
 grana. xv. maiorum, at minorum. xx. et ubi  
 efficacius purgare opus sit mandere iuben  
 dum, ubi nō admodum sit opus, nec mult  
 ta euacuatione sit opus. integra grana deuo  
 randa, præsertim stomacho infirmis Ari  
 stolochiæ fructus aridus solutus quantitate  
 drachmarū duarum potatur, purgatq; pitu  
 itam & bilem. est stomacho bonus. Lino  
 zotis. huius folia si coquas mollia, et come  
 das, soluet satis aluum. si coctionem uino  
 miscendo bibas, mediocriter aluum soluet.

Cucumeris agrestis radicis cortex, quan  
 titatis duorum obolorum potus cum mes  
 licrato agit pituitam multum sine molestia  
 nec stomachum offēdit. Stryax pinguis  
 flauus datus quantum drachmæ ij. cum tes  
 rebinthina æquali pondere catapodio pitu  
 itā agit multū citra molestiā. Thymus. thy  
 mi corymbos incidendo, cribrandoque dato

Galienus  
 Agaricus  
 Solutiōe  
 educit us  
 trāq; cole  
 rā, & fleg  
 ma et hus  
 mores uif  
 cosos gro  
 sſos. et pu  
 tridos.

cū oxycrato, & pauco sale, quantū sint drachmæ. iij. uel iij. purgat sine molestia & ualide pituitā & bilē. Cyclaminus. ciclamini radicis solutissimæ drachmarū. iiii. uel iij. pro uiribus accipientis. Cum hydromelle potum medicamen purgat pituitā & bilē ac deicit per sudores, & peride qui potur<sup>9</sup> est, declinet sese, planeq; iaceat. tegumina & palia multa corpori insternat, sub quibus foueatur, & sudore excrementa eiectet. Asiliū solutissimū quantū sint drachmæ. ij. cum melle rosaceo potū agit pituitā. Chamæpitys maxime dissoluta quantitate drachmarū. ij. cū ficibus uel melle cocta sumpta capotio & data multū agit pituitā. Bdellium arabicū perlucidū & flauū potū quantitate drachmarū. ij. cū hydromelle purgat pituitā.

De ijs quæ aqua intercutē agunt, quibus purgatur aqua & lāgor ascetes, & mulieres quæ fluxu albo uetere agitantur, & hulcera fluitantia.

Squāma grīs aquā deicit. Datur autē drachma una & dimidia cū mellicrato. nec aquā mō agit, uerū etiā pituitā, agunt etiā aquā nonnulla ex eis, quæ memorauimus, ut cocculus gnidius, & cnicus. Agrestis autē cucūeris radix cōmodissima est hydropicis, et nul



lam exhibet molestiam. Euphorbitū agit Euphorbiū solutū  
quidē pituitā, sed impensus aquā. Est autē biū solutū  
acutissimū, et flagrantissimū, quare aduersū ōe educit.  
lumbricos datur, & eis qui frigidiorē aluū flegma uis  
habent, alios autem perturbat, & sitim susci colum, &  
tat. Misceto autē aliqua semina bene olentia grossū a  
dato ꝑ quantitātē trium obolorū cum mel locis ꝑ fū  
licrato. melius fuerit cum melle cocto cata: dis corpo  
potiis. Chamælaea cocta in mellicrato, & ris mūdis  
pora aquosum magis purgat, at & pituitā ficans iun  
quoꝑ & bilem, imittatur in ipsam quanti: cturas: ua  
tas drach. v. in duo aquæ acetabula, coqua cuitatem,  
turꝑ, quoad dimidium absumat. In fine  
autē coctionis immitte mellis, quantum sa:  
tis uidebitur, & paulū modo coquas, & co  
lato, potādumꝑ dato, quidam minutatim  
concidentes chamælaeam, immittentesꝑ in  
ipsam drach. unā absinthii, & gūmi duplū  
resumentes melle cocto catapotia exhibent

Sanguinis purgatio,

Sanguinem purgat porrorū capitatorū  
succus. linozostis, alba uiola, malua agrestis  
& eleliffa cum, at quo facilius ad sanguis  
nem sit penetratio, coquantur cum aqua uis  
noꝑ, ut sit uini pars una. Aquæ autem dug  
in dupla in quā ad uinū proportione, & tā  
diu ferueat, quoad ad tertiam partē humor  
deducatur. Nam eo modo sua tenuitate ui  
num



nū uim medicaminū ad sanguinē deferat.  
hoc nos deus cogitandum docuit, & bene  
succellit.

Cōmonitio cōpositionis purgā  
tium medicaminū

Simplicia medicamina, quæ ui quadam  
sua (ut rerum ille opifex dedit optimus) pur  
gant, exposita sunt, hinc ne quidem difficile  
est ipsa miscere, iā perceptis singulorū uirū  
bus. Expediit ergo, si quis duo ex eis, quæ iā  
dicta sunt, uelit ammiscere dimidiū dando  
pōdus sumat singulorū, sin autē tria tertiū  
si autē plura, proportionē, ut in mixtura cu  
stodiat singulorū. Cū nō unus hūor insur  
rexerit aduers⁹ ut pituita, uel bilis, uel aqua  
sed una oēs, quod si putauerimus æque hu  
mor abundare, instructurā æque cōmitte  
mus simplicia. Vno autē hūore magis aliis re  
dundante, plus imitemus, quod eiusmodi  
possit humorē exhaurire. Primū quidē uo  
lo, medicamine nutriētia, quæ mollificent  
uentrēq; subducāt subiicere Nutriētia nāq;  
medicamina optima, inquit Hippocrates,  
fuerint, ut ualentibus quidē, sed naturaliter  
astrictis aluo utilis fiat inspectio, uerū etiam  
ex morbo recidiuis, necnon antiquo mor  
bo languentibus. opem ferent huiusmodi  
medicamina, ubicunq; delicate cōdita am

mix

Mixtaque fuerint. nā unū modo simplex me-  
dicamē ad mollē reddendū uentre, uel ad  
redundantē humorē parū modo soluendū  
satis erit deicere uolentibus, ordiamur ab  
eis igitur, quæ prepotātur Ex Theone uis-  
ni purgatoriū præparatio, sume tibi calix-  
scamonix ana unciā. uini xestes. vi. hęc dis-  
solutissima imitte linteo, & plurimum astri-  
ge, torque linteum, rhacosque ipsum suspen-  
de in uino, & sine dies quinq; aspergi. inde  
ex eo uino dato ante cibū dilutū aqua calis-  
da, & bilē purgare creditur.

Vinū pituitā deiciens, lathyridū purgas-  
torum unciā una. nardi spicæ grāmata. iij.  
uini xestes. v. constitue, ut dictū est, & utere,  
creditur leuare pituitosos. Vinū melancho-  
licis idoneum. sume polypodis unciā unā  
minutatim secādo, & cribellando immitte  
in linteū, appende in uino xestiū quinq; &  
permittito dies. vii. aspergi, datoque ut iā di-  
ctum est Alius polypodites.

Vini dulcissimi xestes, vi. mastiches un-  
ciā. i. epithymi drach. iiii. polypodiū radicū  
non uetustarū rasarū librę. ii. contunde has  
radices. integre cum dulci uino immittēdo  
epithymū, & mastichen, cū remixtū fuerit,  
aufer ab igni, sine refrigerari, & colādo im-  
mitte. nardostachys cōtusi, & cribellati grā  
mata

mata.iii. præstabit autē in mortario ipsū col-  
ligere. inde assume in uasis testaciis paruis,  
picatis, ut obtures os, & asserues. dato autē  
in prandio cibo ammixtū, miscēdo iuri ca-  
lido. est sane suauissimus gustus ipsius, effi-  
caxq; in Biblio ciuitate Phœniciaē cōpara-  
tus insignis potus, cōibusq; approbātibus.

Oenomeli agēs stercus. uini xestes. v. mel-  
lis xestis. i. mastiches unciaē. iiii. dissolue ma-  
stichen. & liga in linteo, appēde in œnomel-  
le, & sine irrigari ad dies. vii. & dato ante cis-  
bum unā potionē aqua calida ammixtā, &  
stercus educet, & phlegma, stomachūq; cō-  
firmabit. Oenomeli, quod flauam agit bilē  
scamoniaē drach. una. nardostachys drach.  
una, concidatur, liga in linteo, & aspergito,  
uini xestes. v. & mellis xestē unā utere, Oe-  
nomelli pituitā deiiciens, sume cnici semen  
purgati drach. iiii. & uini xestes. v & mellis  
xestē. i. secando ualide cnicū, & in linteo as-  
stringendo asperge, ac utere, ut dictū est.

Oenomeli bilē atrā exhauriens polypodis  
drach iiii. uini xestis. v. scinde et cribella, col-  
laq; asperge, ac utere, ut dictū est.

Purgans citra ullū periculū quouis tem-  
pore, & in quacūq; ætate sine stomachi cō-  
mōtione. a capite ad pedes usq; omnē cor-  
ruptā agens materiā, & ī cute pustulas om-  
nes

nes purgans, eius purgationis uis in urina  
apparebit, & bilē imprimis agit, habet ita Gin  
giberis. petroselini. epithymi. silphii. amis.  
apii seminis, cumini. libystici. piperis. ana  
drach. iij. scamoneæ uncia. iij. & dimidia.  
salis armoniaci triti fricti uncię. vij. frigēdo  
sales tere cum aliis scamoneā dissoluendo.  
cribrando cōponito in olla, daq; grāmata.  
ix. cum succo ptissanæ, uel mulso puro. aliis  
ud expertum. Amis grāmata. vi. apij semis  
nis grāmata. iij. piperis. petroselini. epithy  
mi. cumini ana grāmata. iij. scamoneę unci  
s. salis communis uncia. v. salis ammoniaci  
uncia. iij. dosis, siue præbitio cochliarium  
unū cū ptisana, deturq; cū interua llo.  
Cōditū flaua bili lāguētibus. piperis drach.  
iij. scamoneę. unc. i. apii. unc. i. uini xestes. v.  
mellis xestis. i. prius dissoluito species p se,  
deinde etiā cū melle, mox uinū iniice, finito  
ad dies. v. & utere.

Cōditū phlegmaticis. lathyridū uncia  
i. piperis uncia. i. anisi. apij seminis. ana. un  
cia. i. uini xestes v. mellis xestis. i. construe,  
ut dictum est, & utere.

Cōditū melancholicis. polypodij uncia  
i. apij seminis drachma. i. uini xestes. v. mel  
lis xestis una.

Abinthati constructio ad illāmatio nes et  
sterc?



stercus euacuandū. libyfici drach. i. et dimi  
dia. cumini drach. i. nardi spicæ grāmata. ii.  
schœni floris grāmata, vi. uini xestes. v. mel  
lis xestis incide cribrato dissolue cū melle et  
unito, uinū assūe ad dies. v. ante prandiū.

Absinthatū flauā agens bilē. costi drach.  
iii. & dimidiū. mastiches drach. iii. & dimi  
diū, rosarū aridarū drach. ii. nardostachys  
drach. ii. schœni floris drach. i. alohes uncia  
a. i. scamoneæ uncia .i. mellis xestis. i. con  
firue & utere, ut dictū est.

Absinthatū phlegmaticis mastiches drach.  
iii. costi drach. iii. solij indici drach. i. nar  
dostachys drach. i. schini floris drach. i, la  
thyridū purgatorū unc. i. uini xestes. v. mel  
lis xestes. ij.

Absinthatū melācholicis. mastiches drach.  
iii. costi drach. iii. nardostachys folia ana  
drach. i. casia drach. i. polypodij unc. i. mel  
lis xestis. i. uini xestes. v.

Rosatū flauam agens bilē. rosarū exun  
gularū, quod est dēpto unguī quo necit.  
rosæ libra. i. uini ueteris xestes. vi. mellis xes  
tis. i. rosę flacescentes die una, immitte uino  
ut macerentur dies. ix. inde colletur uinum,  
& inuerge mellī prius dissoluto cū scamone  
niæ unc. i. Expedit præparare, & cribrare  
scamoniā, atq; ita cum melle dissoluere. al  
sime



sume porro in uase, & operito integre ap-  
pende in puteo aquæ frigidæ. & finito ibi  
ad. vii. aut. ix. dies ide exime, & finito alios  
xxx dies atq; ita ante potum utitor.

Rosatum phlegmatis serosi, et melancho-  
lici humoris euacuās, si acceperit prius coc-  
cignidij unc. i. ac si præcedens descriptio sit  
sine scamonia, euacuat ferosū humorem, &  
phlegma. sin lathyridis dumtaxat phlegma  
aufert. sin epithymū solum melancholicum  
exhaurit humorem.

Rhodomellis cathartici præparatio. mel-  
lis libra. i. rosarū succi libra. i. mastiches dra-  
ch. iij. & dimidiū. piperis drach. ij. gingibe-  
ris drach. ij. scamoniæ grāmata. viij. coque  
mel rosaceū quoad mellis amiserit crassitus  
dinē humidi, inde iniice scamoniā dissolutis  
simā, sicut & mastichen, coquitoq; paululū  
et aufer ab igni, et reliquis, cōnectio in mor-  
tario. aulaue, & repone, daq; cochliarium  
quæ euacuat flauam bilē. qui simpliciozem  
uolunt facere præparationē prius inuergūt  
pauculæ aquæ scamoniam, inde seruefaciē  
res concretū ipsius auferentes. collant & le-  
nesfacientes. rosaceo mellī immittunt, ac ut  
dictum est simul coquunt. si lathyridū unc.  
i. prædicta rosaceo mellis præparatio admi-  
serit citra scamoniā purgat phlegma, sin po-  
D lypodij

lypodij admiserit unciam. i. humorē euadit  
at melancholicū. Efficacius autē euadit si p  
polypodio epithymū capias.

Aceti cathartici preparatio, scamonię unc  
i. aceti xestys. v. dilue simul, & repōe ad quatuor  
q̄ dies. inde dato in uergendo cibo cochliariū  
ariū unum, uel. ij. purgat flauam bilem si p  
scamonia immittas lathyridum unc. i. purgat  
phlegma. sin epithymū immittas unc.  
ij. melancholicū eduxeris humorem.

Oximellis cathartici præparatio. mellis  
despumati xestys. i. aceti acutissimi xestys. i.  
coque una, quoad peruenerit ad mellis cō  
stitutionem. inde immitte epipetrum discif  
sum, et cribellatum ad unciam unam utere  
embamate, uel cū aqua potanda præbēdo  
cochliaria. ij. circiter horas tris ante cibum  
ieiuno bilē haurit. sin epipetrum non ad sit  
scamonię immitte unciam.

Aliud oxymel. mellis despumati xestys.  
i. tantundem aceti, coque una quoad confis  
sistant. inde immitte cnicī intraneum purga  
tum dilutum ad unciā i. & repone ad dies.  
v. ac utere cum uelis phlegma educere,  
Aliud mellis despumati xestys. i. aceti tantun  
dem .iuniperorum fructū drach. iij. piperis  
unc. una. gingiberis unc. i. petroselini drach  
iij. apij seminis. ameos. libystici. anisi epithy  
mi

mi ana drach. iiii. cumini drach. ii. anethi se  
minis drach ij. polypodii unc. præpara &  
utere, ut dictum, congruit colicis. Aliud  
oximel purgās omnē malū humorē. hyssop  
pi comæ unc. & dimidia, origani. unc. i. gli  
conis. unc. i. & dimidia. marrubii. unc. i. epio  
thymi. cnici seminis thymi corymborum  
agariciana unc. i. polypodii unc. ii. scamoz  
niæ unc. i. & grāmata vi. aceti xestys i. & di  
midia aquæ xestys. i. mellis librę. ij. sapę unc  
vi. asperge prius herbas aceto & aqua., &  
coque ad tertium, & cola, & mel immitteet  
iterum coque quoad bene constiterit, & dis  
luendo coque in unum in olla, ut sint dilutiss  
sima, & cribellata tenui cribello scamonia.  
epithymū, agaricū, & dato cū mediocriter  
purgare uelis grāmata. xv. cū ualide uelis  
unc. i. sunt qui paruipendant un c. unā.  
Aliter ad inflationē exhauriendam aceti xe  
stys. i. iuniperi fructuum, seu baccarū drach  
iiii. piperis unc. i. gingiberis unc. . petroseli  
ni drach. iiii. apii seminis ameos. libyfici  
anisi epithymi ana scrupula. iiii. & dimidiis  
um. cumini drach. ii. anethi scēinis drachm ii.  
polypodii. unc. i. præpara et utere, ut dictū  
est. conuenit colicis,

Oxymel colicis cōmodū, et nephreticis  
centaurii unc. i. alypiadis recentis uncta. i.

uiridis unc. ii. marrubii, agarici. castæ scos  
hyssopi. glichonis ana scrupula. iiii. scillæ  
unc. i. aceti xestes. iii. mellis xestys. i. prius  
spergito cuncta aceto coquito ad tertiã par  
tem, & cribellando immitte mel, & coque  
ad constitutum usq; mellis humidioris, ide  
nsparge scamoni ædissolutissimæ unciam  
i. nardostachys unc. i. & diamarathron ca  
thartici unc. i cogito in unū, et utere ita eua  
cuando prius clysteri stercus, inde oxymel  
lis capiat cochliariū unū dissolue cū succo  
prissanæ, & assumat. utere similiter, & in ne  
phreticis magis phlegmaticis exhaurit nãq;  
phlegma citra molestiã ullã, & incolumē fa  
cit. Oxymelipicron fœniculi uiridis cū ra  
dicibus manipulus unus. apii cū radicibus  
rutæ uiridis manipulus unus. aceti xestes. ii  
dimidia, hoc est libræ. v. mellis libra una, et  
dimidia. coque herbas quoad mellis humi  
di capiat constitutionē. inde dissoluendo in  
mortario alohes electi uncia una. cribella et  
ingere paxillū oximellis, & uniēdo reposit  
ne ac utere exhibēdo cochliariū unū, absor  
beat aquam calidã. purgat siquidē caputū  
signiter. confert etiã stomacho.

Oxymel uī molificandi habens. glichon  
nisorigani. thymbræ agrestis. polypodii a  
na uncia. i. apii radicū drachmæ quatuor.  
anethi

radicū grāmata. vi. agarici. polypodii ana  
uncia. i. mellis xestys una. acetii xestys. i. irris  
ga species, & coque ut oxymel. cū uero bo  
nā admiserit cōstitutionē aufer ab igni. am  
misce ei scamoniā. epithymū. agaricū, et da  
to unc tres cū aqua calida.

Posca, seu lota aluū mollificans. cymini  
unciae tres hyssopi unc. una & dimidia. ame  
os unc. i. et dimidia. petroselini drach. quaz  
tuor. thymi corymbos drach. quatuor. gi  
giberis unc una. cnici seminis unc una. pipe  
ris drach. quatuor et dimidia epithymi, drach  
quatuor, salis cappadoci unciae nouē con  
tunde, et repone aridū, et cum usus postulas  
bit da cochliariū cōmiscendo oxycrato

Alia plurimū probata, cumini unc. iiii  
glichenis unc. ii. & dimidia, marathri uncie  
duæ. apii seminis unc. una. anisi unc. ii. grā  
mata. viii. scamoniæ unc. iiii. & dimidia,  
epithymi unc, iiii, salis communis unc, viii,  
uel libra, i, contere, cribella da cochliarium  
i, cū oxycrato purgat cōtortiones,  
Gari cathartici preparatio. scamonię drach  
iiii, piperis grana, l, gari unc. iii. nigri, misce,  
& utere ut uis, purgat bilē.

Aliud cnici grana l. piperis tātundē garī  
unc, iii, intraneum cnici dissoluito unito us  
tere, purgat phlegma si p cnico lathyridas  
D ; immiseris,



imiseris efficacior facies, sin polypodii drach  
iiii. ingesseris melancholicum euacuabis, quod  
efficacius erit si pro polypodio epithymi  
drach. iiii. uel. iiii. immiseris.

Mellis mollificatis preparatio, marathri  
uiridis manipulo plena aquae xestes  
iii coque quo ad ad xestym unam redigat  
& cola, & immitte mellis libram, i. et coque  
quoad in mellis ueniat faciem, daq; cochliari  
aria iii, sin pro marathro cnici feminis intra  
neum imiseris unciam unam purgat phlegma, sin  
polypodum, uel epithymi unc, i, concoxeris,  
purgat humorem melancholicum

Hydrogarum mollificas gari unc, i, piperis  
grana, l, apii feminis obolus i, qui est cerati  
a, iiii, mellis cochliarium i, scooniae grama, i.  
et dimidium, uel ii, coque reliqua, et aufer ab  
igni unito scamoniā, et da ante cibum, sin p  
scamonia, cnici feminis grana, xx, intranea  
q; imittas, purgat phlegma, sin polypodii  
drach, iiii, purgat melancholicum humorem  
Oenogarum chatarticum, gari myacia, ij uini  
myacium, i. piperis grana. l. libystici grama, i,  
pauculum mellis ammisce, et utere, purgat bi  
lem, sin cnici grana, xx, intranei imittas pro  
scamonia, purgat phlegma sin polypodii  
drach iiii, melancholicum purgat humorem

Oxygarum catharticum, apii feminis drach  
i, pipe

.i. peris grā. l. cūini obolus. i. succi cyrenaici  
æqua portione, scamonię grāma. i. gari unc  
iii. aceti unc. iii. utere purgat bilē. si pro sca  
monia cnicorū granorum. xx. immittas in  
trāea. purgat phlegma, si polypodii drach  
xx. melancholicū humorē.

Lura mollificantia aquæ xestys. i. olei my  
acis. i. gari aliquantulū, salis pauillum, ane  
thi parum quoad succus fiat, coque omnia  
inde immitte cnicī grana l, intranei. & dato  
euacuat phlegma, si polypodii drach, iiii, te  
ras, cribelles, inuergas iuris perdicis aut pha  
siani, euacuabis melancholicū humorē sca  
monia non censuerim iuri imittendam, qđ  
experientia inueniatur obesse, Lac purgans  
asinini, aut caprini lactis cyathus, i, scamoni  
æ grāmata, ii, unito euacuat bilē, si cnicī gra  
norum, xx, intraneum immittas, euacuat  
phlegma, si polypodium, uel epithymū nō  
censuerim i lac immittendū, quod latere ex  
colore assumētem non possit, multi namq̃  
ob metum purgari recusāt, Oleæ cathar  
ticæ. piperis drach, i, epithymi drach, i, men  
tæ uiridis drach, i, gliconis comæ drach, i,  
cumini drach, i, rutę drach, i, scamoniæ unc  
i, aceti xestys dimidium, oliuæ a salore, cxx  
numero dissolutissima faciēdo omnia dicta  
singula, & cum oxymelle discissas, immitte

oleis cōpositioni, & repone ad paucos dies  
& utere exhibendo ī cibo oleas tris, et iuris  
cochliarium, i, uel, ii, iuxta uires,

Oxyporium catharticum, ex cydoniis po  
mis consuete constructo ad concoquēdum  
medicamine quātitate unius cochliarii am  
miscendo scamoniæ grāmata, ii, flauam bi  
lem euacuat citra molestiam, si lathyridum  
grana immittas, haurit phlegma, si polypo  
dii, uel epithymi dissolutissimi drach. iiii, im  
mittas melancholicum humorem, similiter  
etiam diospoleticum concoquibili medica  
mine usus idem officiet p̄sertim in quib⁹  
phlegma in thoroce residet, sin ex calamin  
tho concoquibili medicamine usus idē p̄  
stiteris, ammiscendo hoc purgantibus me  
dicaminibus, ac euacuabis omnē ad cutem  
corporis uitiosam humiditatem scabies, in  
petigines, & similia, Oxyporium, diaphor

Cels. li. 5.  
Impetigi  
nis uero  
species sūt  
quatuor.  
Minime  
mala est  
quæ simi  
litudine  
scabiē res  
p̄sentat

nicō gingeris piperis cumini, petroselini  
ana unc, una, scamoniæ tostæ in fermēto, et  
tenuissimæ cribratæ unc, ii, et dimidia dacty  
lorū piguiū carnis unc, iij, rutę foliorū unc  
i, mellis libra, i, aceti xestys, i, coque primū  
mel, et acetū, et dactylos quoad pars tertia  
aceri reliquatur idē dissolue rutā cū reliquo  
dactylorū, et insperge arida dissolutissima  
effecta, & copula immittendo sensim coctū

Oxymel

oxymel, & coniungendo utere, utpote mi-  
 ritico, & multæ experientia medicamine,  
 perfecta exhibitio ad cochliaria, ii. astrictis  
 aluis, si non admodum fuerint astrictæ iuxta  
 vires dato. nam et cochliarium unum quan-  
 doq; subducit uæhementer flauam bilē, ideo  
 utiliter exhibetur arquatīs, & tertiana febrī  
 languentibus, Cum autē concoctio utilis ī  
 urinis apparuerit, etiam phlegma medio-  
 criter haurit. utere confidenter omni tēpo-  
 re. utpote sine contortione, et minime ope-  
 roso Ego autē etiā citra rhigorē febricitatib9  
 dedi, cum apparuit in urinis concoctio, et  
 statim liberaui, ubi melancholicū uelis pur-  
 gare humorē, admisce epithymi grāmata-  
 tria, uel iuxta vires admittentis, at si phleg-  
 ma multū hæreat, imitte agarici, seu isij grā-  
 ma. i. mediocriter namq; phlegma euacu-  
 at & piper. rutā cuminum, Catharticū ex  
 pomis cydoniis maturis. Poma cydōia ma-  
 tura satis magna optime olentia fermento  
 operito undique, & torreto. inde carnis ei9  
 purgatæ unci. iij. mellis despumati unc. v.  
 piperis drach. ii. gingiberis drach. ii. scam-  
 onia drach. vi. singula dissolutissima faciendo,  
 & uniendo da cochliarium unū.

Febris  
 tertiana  
 est, quæ  
 unū diē  
 intermit-  
 tit tertio  
 redit.

Catharticū Oribasii diacitirni, euacuat cas καθάρσις  
 pur, facit ad stomachicos, coeliacos, & ad es κορυ purga  
 D s os, unū



eos, qui non queant potens assumere cathar-  
terium ob imbecillitatem, & perinde sine  
detrimto pueris datur. concinat nāq; sto-  
machum, Citrii corticis, & carnis libra. i. a-  
quæ xestys. i. & dimidia mellis dimidia xes-  
tys. piperis unc. i, scamoniæ unc. i, Citrium  
seca, tenuiter coque cum aqua quoad relin-  
quatur aquæ dimidiū, inde cola. immitte de-  
coctioni mel, & coque quoad constiterint  
sibi, et dissolue, reliquum citriorū imitte ip-  
sis arida dissolutissima, et pariter dissoluen-  
do inuerge coctum hydromel, et unito, et  
utere, dato cochliariū unū

Catharticum diamarathrū admodū ex-  
cellens, epithymi gingiberis, piperis. scamo-  
niæ. ana unc. i. marathri uiridis. rutę uiridis  
apii radicum uiridium ana unc. iiii. aquę xe-  
stes, iiii. mellis libra. i. decoctioni ad tertium  
immittendo mel coque quoad constiterit,  
inde inuerge arida, & da cochliarium mag-  
nū. i Aliud admodū congruens stoma-  
cho marathri cumini, glichonis, apii singu-  
lorum plena manus, aquæ xestes. iij. coque  
quoad relinquatur xestys i, & cola, ac imit-  
te tantūdem mellis, & coque quoad mellis  
acceperit constitutionem, et inuerge in olla  
scamoniæ dissolutissimæ unc. i, piperis unc  
i, mastiches dissolutæ unc. iij. & uniendo da  
cochli



cochliarium. i. congruit Inflationibus, Dia  
marathrū præparatum ex cōsuetudine me  
lancholicis, scamoniæ unc. ii. gingeris pi  
peris, ana unc. i. petroselini grāmata, xii, ues  
tratri nigri corticis grammata, vi, epithymi  
unci. mellis libræ. iij. marathri succi libræ.  
iij coque succum cum melle ad mellis usq;  
constitutionem, & sensim infunde in olla ar  
rida, contusa et cribrata, et uniendo utere ex  
hibitio cochliarium. i. Catharticum atrę  
bilis Oribasii. aquæ xestes. iij. mellis unc.  
.ix. epithymi unc. i. tere et cribella, coque si  
mul quoad pars tertia deficiat toti<sup>9</sup>, dato q;  
potandū iuxta uires, mihi quartum dādū  
uidetur mediocriter habentibus dimidiū.  
Aliud purgans atram et flauam bilem. scam  
moniæ epithymi ana unc. i. et dimidia. pe  
troselini. gingeris menthæ ana drach. ii.  
excipe in melle, et dato nucis pōticæ mag  
nitudinem. Pastillus catharticus flauę bi  
lis. piperis. mastiches. nucleorum pineorum  
uuarum passarū, demptis seminibus, singu  
lorū grana. x. cumini. xv. scamoniæ grāma  
ta. ii. uel plus, uel minus. mellis pauxillum,  
dissolue simul dato. ut pastillum una dotis.  
purgat citra molestiam.

Bucellatum catharticum. fermenti ex se  
midali libra. ii. scamoniæ unc. i. marathri se  
minis

Inter em  
plastrū  
aūt, et pas  
stillū hoc  
iterest, qđ  
emplastrū  
utiq; liqu  
ati aliquid  
accipit, In  
pastillo tā  
tū arida  
medica  
mēta aliq  
uo humo  
re iūgūtur

minis. cumini, foliorum ana ceratia. vi. pipe  
ris grana. xxxiij. salis cōmunis micæ medio  
cres. iij. oliui cochliaria. i. contere. cribella.  
arida. & conpinge cum fermento, facitoq̄  
panniculos paruos latos. torreantur turrū  
dulæ, præsertim in clibano, datoq̄ perfectā  
dosim unc. ii. panis comedendas, ut uelint.  
Ieiunus nimirum uescatur abest omni mo  
lestia, et euacuat flauam bilē. Alia hydari  
a sine molestia purgantia. alohes unc. iij. a  
garici unc. i. et dimidia. scāonię unc. i. bdelli  
drach. iij. gūmi scoliciis unc. ii. conpinge cū  
succo brassicę, ubi stomach⁹ sit debilis succo  
carnis cithrii, facitoq̄ ciceris magnitudinē  
et da ad sumnū vii. ieiuno, tā ante prandiū  
q̄ post prandium, si mollificare uelis dato  
tria. Aliud purgans citra molestiam. sca  
monix unc. ii. bdelli unc. i. alpes drach. iij.  
agarici, iij. scrupula gūmi drach. iij. succo  
brassicę facito ciceris magnitudinis, datoq̄  
post prādium, sin molliter uis agere dato. iij  
sin purgare. v. si plurimum citare. vi.

Phlegmatis agens Oribasij. lauri bacca  
rum recentium unc. ii. euphorbi unc. una  
mellis quod sit satis, ut fiat eligma. dosis co  
chliarium dimidium. redūdantibus humo  
ribus plus dabitur, profueritq̄ plus utere,  
ut pote præstanti. Aliud phlegma eua  
cuās.

cuans. anisi semen. piperis, casie colocynthi  
dis intranei ana drach. quatuor. grana coc  
ci cnici seminis ana drach quatuor. mellis  
quantum sit satis ut fiat eligma, dato ad sū  
mum cochliarium unum & dimidium

Aliud anisi apii. ameos. piperis, granacnidi  
cnici seminis. lathyridum ana drach quatuor.  
casie drach. ii. mellis despumati quantū  
sit satis da ad sūmū cochliaria. ii. Melācho  
lici humoris catharticū ex Philagrīo. gingi  
beris drach. i. apii seminis drach. i. succi cyre  
naici. piperis. libyfici ana drach. i. epithymi  
drach. i. cape mellis quantum satis sit ad eli  
gma, & da cochliaria ij. Aliud epithymi. a  
garici. alohes ana drachmē. iij. ueratri nigri  
corticis drach. i. hylsopi. ireos. absinthie succi  
ana drach. iij. bdellij. gummi ana drach. i  
quod si non adsit succus absinthie immitte  
tantundem gūmi excipe in melle, & præbe  
iuxta uires, hauriet melancholicum, & phle  
gmaticum humorem. Bilis, & phlegmatis  
& melancholici & reliquorum nouum cas  
thartherium. lathyridum. colocynthidis in  
tranei, chamæleæ, foliorum aridorū, camo  
nie. epithymi, polypodij. anisi ana drach. x  
thymi, corymborum. piperis. mastiches.  
carpobalsami. casie. apii seminis. chamæpy  
tis aridæ. ana drach. ix. absinthie succi uel  
gūmi

gūmi drach. v. mellis quod sit satis eligma  
ti, dato cochliarium unum, uel iuxta uires  
utere non simpliciter in omnibus, sed in quibus  
coniectaueris redundare & que in corpore  
cunctos humores. Aliud hydarium ex  
eis, quæ scripsit Philagrius. mellis mollifican  
tis alohes, unc. vi. costi. nardostachys. carpo  
balsami. schini floris. ana unc. i. casia unc. i. as  
garici drach. iiii. corci drach. iiii. & dimidiū  
centaurii comæ grammata. iiii. mellis unc.  
ij. rosarum succi unc. iij. epithymi unc. i. rhei  
grammata. viii. asari grāmata. iij. xylobal  
sami grāmata. vi. mastiches grāmata. viij. in  
pinge rhodomelli, & da iuxta uires Aliud  
rhodomellis mollificans aluum sine mole  
stia. utere his in dolore articulorū, precipue  
in coxarum uertebis, & coxis, amouentque  
hepatis opilationes. Isij grāmata. viij. croci  
grāmata. iij. agarici drach. iij. alohes. ii. nar  
dostachys grāmata. viij. schini floris grāma  
ta. viij. casia grāmata. xvi. costi grammata.  
viij. carpobalsami grāmata. viij. mellis rosa  
cei unc. iij. & grāmata. viij. dissolue cū melle  
rosaceo. & diffinge cataportia, daque quinq;  
post cœnam quotidie, uel cum interstitio.  
uel ut probaueris. abstergit enim stomachū  
& articulos. purgat autem pituitam excellē  
ter, excōsuetō conuenit prandere, ac cœnare  
Bilem

Bilem, & pituitam agens. absinthij comæ  
tritæ, & cribellate alohes dissolutissime ana  
unc. i. assume cum succo tithymalli, præcipue  
myrtinc, & fac collyria faselli magnitudine  
datoq; tria tantum. Aliud. hydaria ex Phis  
lagrio, quæ flauam bilem, & phlegma edu  
cunt. colocynthidis intranei. alohes. scamon  
ij ana drachmę v. absinthii succi uel comę  
drch. v. diffinge succo brassicę, & fac catapo  
tia ciceris magnitudinis, & da ad summũ.  
xxi. admodũ conferunt. Aliud multę ex  
perientię euacuans tris humores. alohes epi  
thymi. scamonię ana drach. ij. colocynthi  
dis. agarici ana drach. i. assume ex succo bras  
sicę, datoq; catapotia. xv. Aliud i Tyro præ  
paratum. scamonię unc. i. alohes drach. i.  
mastiches. bdellii. piperis. absinthię ana dra  
chmę. ij. ex succo medię citrię, & corticis, ex  
cipe, & fac catapotia, daq; vj. uel. ix. sacq; es  
ductiones. vj. uel. ix. qđ si uelis bñ purgare  
habeāt data catapotia, gram. iij. pōdere &  
pl. Aliter hydaria, Oribasij in lippitudine  
iprimis euacuāt utraq; biles. scāonię unc.  
i. ueratri nigri corticis unc. i. salis amoniaci  
drach. i. panacis radicis drach. ij. piperis. glis  
chonis anæ drach. i. diffingito ex aqua simi  
lia fadis gręcis. da. vj. media dosi, ut habeāt  
singula drach. i. & obolos. ij. Alia Oribasij.  
alohes unc. ij. nardostachys. asari. mastiches.



croci. xylobalsai ana drach. vi, casie drach.  
xij. diffinge erui magnitudine ex decoctio-  
ne glichonis, datoq; cochliaria. xxi, & quar-  
tanæ me debitur. potest & diffingi melle co-  
cto. Sales cathartici, salis armoniaci unc. vi  
silphii drach. ii. apij seminis drach. ii. gingib.  
grāma. i. piperis drach. iiii, foliorū, nardi spic-  
cæ, scamoniæ, unc. i, glichonis drach, i, dosis  
cochliarii euacuat bilem,

Aliud salis armoniaci unc. ii, gingeris  
drach, ii, piperis drach, iiii, nardi spicæ drach  
i, glichonis drach, iiii, & dimidia, apij semis  
nis drach, i, foliorum grāma, i, lathyridum  
unc, i, da cochliarium, euacuat phlegma,

Sal armo-  
niacus so-  
lutione e-  
ducit fleg-  
ma crudū  
& uiscosū  
a partib9  
difficilis  
eradicati9  
ōis

Aliud salis armoniaci unc. vi, gingeris  
drach, ii, piperis drach, ii, anisi, apij seminis  
ana drach, i, folii grāma, i, epithymi uncia, i,  
da cochliarium, euacuat melancolicum,

Salsugines subducentes euacuant in uē-  
tre & intestinis pituitam, & reliquos humo-  
res purgant mediocriter, at bilē commodis-  
sime, estq; articularibus scotomaticis percō-  
modum, etiam stomacho congruit hoc, &  
comitali est sine egritudine, qui eo uti solet  
petroselini unc. tres, mastiches grammata,  
iii, gingeris, iiii, piperis, euphorbii ana grā-  
mata, vi, salis armoniaci drach. quindecim  
scamonix drach, vi, dosis cochliaris dimis-  
dium

dom i prandio cū carne, uel auis, uel piscis,  
ponderis grāmaton. iij. sin efficacius uelis  
purgare, da ieiuno mane cum succo ptillā  
ne, uel cum mulso grāmata. vi. robustioris  
bus etiam vii. debilibus grāmata. iij. uel. iij.  
Aliud catharticum purgat citra periculum  
non offendens stomachū datū oī tēpe oī eta  
te, etiam pueris excernit fœculentiā, & oēm  
corruptam materiā a capite ad unguēs usq;  
amouet surfuracea, exanthemataq;. reliqua  
circa caput facit ad scotomaticos, lipposq;  
curat omnia, quę in cute exāthemata curat  
tertianam, & quartanam ephemerinā cum  
interuallo datum concoctione in urinis bo  
nis apparente, at in primis bilem euacuat,  
ita habet, gingiberis petroselini. epithymi.  
silphij. ameos. apij seminis. cumini. libystici  
piperis. ana drach. iij. scamonię unc. iij. &  
dimidia. salis armoniaci combusti unc. vii.  
frigito. sales tere. cum reliquis. scamoneam  
uero dissolue, & cribella, & unito in morta  
rio, et da grāmata. ix. cum succo ptillanę, uel  
mulso immixto. Aliud fere idem acutius  
admodū experientia citra offensionem ma  
gis bilem euacuans ameos grāmata. vi. apij  
seminis grāmata. iij. piperis. petroselini. epi  
thymi. cumini. ana grāmata. iij. scamonię  
unc. i. salis cōmunis unc. v. salis armoniaci

E unc

Febris q;  
uartana ē,  
que duos  
dies iter  
mittit, des  
inde redit

unc. 4. dosis cochliarū. i. cū ptissana. ●  
Aliud experiētia præclarū. epithymi gr̄mata  
.18. thymi corymborū gr̄m. 8 salis armo, pl̄  
peris gr̄mata, ij. cumini ethiopicī, anisi gr̄  
mata, 2, mastiches gr̄mata, 12, tere, cribella,  
reponē, cum usus aduenerit assume scamō  
nię gr̄mata. 2. & dissolue cum paucō melle  
immitte eo aridorum gr̄mata. 5. solum, &  
unito, datoq; cum succo ptissanę uel mulsi.  
Catharticū pituitę, quod Diogenis euphor  
bī. piperis, salis armoniaci ana unc. i. dissol  
uendo fac aridulum dato in ouo sorbili co  
chliarij dimidium, hoc purgat pituitā solū.  
dosis ad summū gr̄m. 4. Aliud flauam  
bilem purgans. scamonię unc. i. costi nardi  
spicę ana grammata. 4. erythrodani radicis  
dissolutissimę gr̄mata. 2. ad summū dosis  
gr̄mata. iij. media ij minima. Aliud euac  
uās melancholicum humorem scamonię  
in pomo tostę drach. 5. costi nardi spicę. ana  
drach. 4. garyophilli gr̄ma. i. & dimidium  
erythrodani radicis grammata. 2. epithymi  
unc. 2 ad summū dosis grammata. 6 medi  
a 4. minima. 5. Hydragogū catharticum,  
agens phlegma, & aquam. piperis rutę, se  
minis scobinę elephantinę. euphorbī, & que  
portionis. dosis gr̄mata. 5. cum multo, uel  
cōdito. facit etiā ad colicos, & aquā iter cutē  
Alterū

● Alterum hydragogum petroselinī. anisi  
thymi. corymborū ana drach. 3. chameleæ fos-  
siorum aridorum drach. x. mellis, quod sas-  
tis sit eligmati futuro da ad sūmū cochliaris  
a. 4. si uelis intendere amisce prædictis squas-  
mæ cris drach. 6 & da ad sūmū cochliaria. 3.

De antidotis Hieralogadij.

Colocynthidis itranei unc. ij. et dimidiū  
um. scille tostæ agarici ammoniaci. thymias-  
matis. thymi. scamōiæ ana drach. 20. ueratri  
nigri, corticis hyperici. ana drach. 10. epithy-  
mi. bdelli. polypodi aridi. alohes chamæ-  
dryi. marrubij. cassiæ. ana unc. 1. myrrhæ tro-  
glodytidis. piperis albi. longi & nigri cina-  
momi. croci. opoponacis. sagapeni. castori  
petroselinī. aristolochiæ longæ ana drach. 4  
in melle. excipe dosis drach. 4. ad summum  
media. drach. 3. minima drach. 2 imitte dosi-  
salis dissolutissimi dimidiū cochliarium.

Catharticū sine molestia faciens ad ischi-  
adicos, & ambitiose certo tempore pertur-  
batos, colocynthidis itranei unc. 1. nitri unc  
2 dissoluito integre da robustis drach. 2. cū  
hydromellis portione ampla ieiuno. debili 9  
autem ceratiā. 9 utere intrepide, Aliud cō-  
probatum aduersus antiquas insanias mel-  
ancholicis. ischiadicis. scotomaticis. alope-  
cijs capitis langoribus. ueratri nigri. scamō-

niſe ana drach 8. ſalis armoniaci drach. 4. gū  
mi drach. 1. diffinge catapotia ciceris magni  
tudine. ſucco braſſicæ. datoꝝ ad ſūmū grās  
mata. 5. media doſis. 4. minima. 3. admodū  
imbecillibus. Eſt hæc Oribafij deſcriptio.  
Catharticum idoneū, Epithymi unc. 3. iſij  
unc. 1. agarici drach, 4. euphorbij drach 6.  
nardostachis foliorū, coſti, piperis ana drch  
30 garyophylli grāmata. 6. doſis grāmata.  
6. cum mulſo. ſin flauam bilem inuenias cū  
alijs binis humoribus ſubſidentē. adde doſi  
in uſum aliam ſcamoniā, quantas perſpicit  
as uires ſuſtinere doſis iſij habeat ceratia. v.  
epithymi grāma. 1. & dimidium. agarici cer  
ratia. 2. & dimidium euphorbij ceratia. 3.

Hiera Galeni colocynthidis intranei unc,  
ij, & dimidia, chamedryi. agarici, ſcillæ toſte  
ammoniacci, thymi, ſcamoniæ, ellebori atri  
corticis, ſtœchadis, hyperici ana unc, 2, epis  
thymi, euphorbij drach, 8, polypodij aridi,  
bdellij, marrubij, caſiæ, ana unc, 2, myrrhiæ  
troglodytidis, ſagapeni croci, ariſtolochiæ  
longe, piperis albi, piperis longi, piperis cō  
munis cinamomi, opoponacis, caſtorij, per  
troſelini, ana drach, 4, mellis quod ſit factis,  
dato ad ſummū drach, 4, medium. 3, mini  
mū, 2, cum mulſo & ſale diſſolutiſſimo co  
chliarium dimidiū, excellentiſſimū eius eſt  
bonū



bonum, quod purget radicitus uæhementiſſime uarios humores, non reſoluendo triſtando, neq; debilitatem, neq; appetentiæ aſſuetudinem, neq; ullum aliud faſtidium languenti præbet, ſed potius bñ dormire, bono eſſe animo, & uigere facit ut liceat præſtantiã admirari, Medetur itaq; hemicranis affectibus, ſcotomaticis, comitialibus, inſanjs melancholijs, lethargicis, ac ſimilibus obtuſo uiſui, difficultati auditus, uocis ſectiõni, aſthmaticis, ſtomachicis, uetulis affectiõibus, ſplenicis, nephreticis, colicis, iſchiadicis articularibus, podagricis, mēſtrua agit, cõgruit tremoribus, & contractionibus, ſcabi ei agreſſi, & omnibus quæ in cute per corpus, erumpunt exanthemata, et elephãtiãſi, uetuliſq; febris ambitioſis, curatq; cuncta uitiola hulcera,

Hiera Archigenis ex epiſtola ad Marſum de melãcholiã, Colocynthidis intranei unc 2, & dimidia, chamędryis, agarici, marrubij ſtoechadis ana drach 5, opopanacis unc, 1 ſagapeni unc, 1, petroſelini, ariſtolochiæ rotundæ, piperis albi ana drach 5, cinamomi, nar-doſtachys, myrrhæ troglitidis, poliij, crõci, gliſchonis ana drach, 4, excipe i melle deſpumato, ut habeat ſecis craſſitudinem, et repono in uaſe uitreo, doſis ad tummũ drach, 4,

E 3 ad

Tremor  
eſt eleuati  
o & ſub  
miſſio  
corporũ  
muſculoſ  
oꝝ quæ  
a ſpiritu  
fit, non ſẽ  
per quidẽ  
ſed aliqñ  
do euenit.

ad grāmata usq. ʒ. cum mulso admisso salis paruo cochliario, fastidioso languenti efficacem facit & idoneum non modo subducendo aluum, sed etiā affectionis proprietate, bilem atram minuendo. succurrit pleureticis, inflatis langoribus, quietem sōno præbet, & impedimēta arcet alimētory colorem facit purissimū sanguinem purgādo. ambustum spiritum clarū facit. ut iure hiera nominetur, ne singula quod longum sit eius proferam commoda melancholicis malis amouendis huic nihil conferendum Nouisse se ait Aetius multos huius usu alio non eguisse medicamine, ut non modo excernat bilem, sed etiā ex solidis educat mēbris, & perinde sanat comitiales et insanias mirifico quodā modo, & omnem uagam educit melancholiam. ischiadicos sanat. paralyticos. scotomaticos, capitis langores, alopecias, nec tamen quæ inquit allata mihi scriptio est, habuit opopanaca, neq; piper, neq; glichonem, cū mihi oblata est Roma redeunti.

**Alopecia**  
mutatio  
crinium  
est in can-  
dorē. quū  
crines uer-  
teres radi-  
citus exci-  
dunt.

nis congruitq; est senibus decrepitis in q  
bus sex obduruit mellicratum imissum cō  
uenit mitioribus febribus, muliebrib; q; cor  
poribus & pubescentibus, quibus colum  
intestinum obriguit. rutę coctio, & anethi  
& cumini cum oleo sufflatus dissoluit, ideo  
colicis datur. i his autem partes esse expedit  
coctionis duas, unam uero olei. tilis succus,  
butyrū et terebinthina mixta pro rata porti  
one, amouetq; intestinorum cōtortiones et  
subsultationes. nā multum manet sine morsu  
& sine tumultu supflua educit. utilissimū

quoque est moribus ani. sordibus quoque huius  
cerum in intestinis, ruta & oleum cum buty-  
tyro et terebinthina. utiliter adhibetur in co-  
licis doloribus, quandoque pituitae humidae  
drach. 3. uel bituminis drach. 4. dissoluendo  
cum rutino oleo adhibemus sedatque dolor-  
res et pituitam exhaurit sine molestia, quae  
autem in uino dulci lanas sordidas coque-  
do, & collando componimus cum oleo rutae  
imittimusque & coli dolores sedat, ut uini  
dem mensurae sint. 3. olei autem mensurae.  
3, si fuerit testium uel uesicae dolor etiam petro-  
selinum solutissimum immitto oleo rutae in  
doloribus autem apostematum, aut huius in  
intestinis butyrum cum mana imittimus  
uel medullam ceruinam aut uitulinam cum oleo  
at acutis clysteribus utimur in ischia dicis.  
lethargicis. oropnoicis & frigidis aegritudi-  
nibus, & ubi lethale datum sit medicamen-  
tum quae per frigus deficiunt. quibus ergo totum  
obriguit frigore corpus, atque itis, ischiadicis  
ac nephriticis. castorei oboli. 4. soluendo cum  
oleo imittimus, nitrum autem loco salis adhi-  
bemus, cum uolumus bis uel ter expedire  
ad excretionem, nam sal subito uellicat neque  
durat morsus eius diu. at capiti infestum & rep-  
tilis ipsum est nitrum subuertitque stomachum, at ni-  
hil tale in sale est his, nunc autem memoratis, efficacia  
sunt

sunt garus a siluris. marinus salor. coctio cē  
tauri colocynthidis, aristolochiē, cucumeris  
agrestis radicis, agarici, thymi, chamępityis  
milij. hæ nāq; etiā sāguinē agunt & ob hoc  
leuāt affectiones,

### De balneis

Balneis utimur quādoq; ob lāguentium  
imbecillitatē q̄ non queant uti clysteribus,  
aliqñ ob incertū stercus, ubi nō sit opus cly-  
sterio, precipue in magnis febribus & æstus  
osis, et sublatā habētibus materiā in quibus  
perniciosus sit clysmorū usus. sine molestia  
in his educuntur insita superflua ex balneis  
quæ opportunissima quoq; circa caput fri-  
gidis langoribus in deiectu et mentis cōcus-  
sione sit ipsorū frequens usus, ubi per clyste-  
ria non excernitur intraneū, præparāt autē  
balnea multis modis, nā ex melle cocto in q̄  
bus magis inflatio perturbat, & thymus dis-  
lutus cum melle cocto assumitur et cyclami-  
nus cū melle diluitur. & absinthiū uel abro-  
tanum, uel lupinacia farina cum melle hoc  
congruit uermibus, uel hyssopū, & tragori-  
ganū & epithymū cum melle hoc in stoma-  
chi subuersione oportunū, uel coccus gnis-  
dius cum rhesina arida, uel melle cocto, uel  
pyrethrū cum arida rhesina, uel sinapi cum  
arida rhesina, uel centauriū cū pice & cera.

his

his utemur in contractione membrorum, uel bitumē panacis radicis aliquātulū, hyssopū chalbane & rhesina arida . hoc quoq; utile ubi tota cōtracta fuerint corpora, & ob hoc uis excernendi cōcidit colapsaq; est, facit autē etiam ad cōtractionem eius quod lateat & in ascaridis cōtingit, ut pro melle arida utamur rhesina ut dictum est, uel pice, uel sicu pingui dissolutissimo, uel uua pasta sine seminibus, uel sapone. sit autē excellens & & singulare balneum ex folijs linozostis uiridibus dissolutis & in pactis & arefactis. in faubus autem etiā salis mica adijcitur.

**Aer ex**  
 aete puro,  
 utpote q  
 neq; stag  
 nor, neq;  
 paludū, ne  
 que baras  
 thri cuius  
 piā pestilē  
 tem aurā  
 eruētāris,  
 uaporib9  
 inficitur,  
 haud ali  
 us melior  
 est.

**De aere ex Galeno.**

Aer optimus est omni tempore admodū purus, fuerit autem huiusmodi qui non ex pauludibus uel stagnis uaporibus perturbatus, nec e barathro aliquo lethalem aurā spirat, ut ex cloacis purgatis, magna aliq; perturbat ciuitas, infestus is est, caliginosus quoq; omnis neutiq; bonus, ueluti qui in cauo loco editissimis undiq; montibus uallatibus perniciosus strāgulosusq; est, qui autē in montibus sublimibusq; locis aurā nō admittēs salubrior, cōmodus orthopnoicis & phibisicis cunctisq; circa thoraca & caput lāgoribus, qui uero in humilibus locis purus in sincopten delabentibus ac senibus . apud mare



mare autem hydropicis & pituitosis lāgoribus frigidioribusq; maxime aptus, neruorū quoq; morbis & appetitu carentibus, in saxosis autem locis per hyemem molestus, qd̄ sit frigidus. uel si frigidus, per æstatem uero strāgulosus. Malus quoq; ubi metalla erunt quia uapidus. qui autem in argillosis locis stomachū soluit ex ardentibus uero locis aridior, qui ex mollibus locis optimus quod iuxta anni tempora sit aeris mutatio.

Ex Athenæo.

Verno igitur tempore humidus & calidus aer. In æstate aridus & calidus, In autūno frigidus & aridus In hieme humidus & frigidus. Rursus quolibet tempore tres sūt differentiæ, prima & media, & ultima. Media itaq; integerrimū temporis habet tēperamentum. Prima uero & ultima propinquitate temporis alterius minuitur. Luna quoq; in quouis mense differentias in aere quatuor efficit. Prima namq; hebdomas a coitu ad septem usq; dies in aere humida & calida uidetur. Secunda uero hebdomas ad plenilunium usq; similis æstati est. Tertia hebdomas iam deficiente luna frigida & arida. Quarta uero & ultima frigida & humida. At quotidie differentiæ fiūt aeris. Matutinus n̄. n. tempus humidū et calidū ut uer. ideo corpora

corpora exurgunt ualentū & ægrotānt  
et perinde febricitātibus hoc tēpus maxime  
tolerabile. mediæ autē diei partes, æstati cō  
gruūt. Quæ uero ante crepusculū autūno.  
Quæ uero ad uesperā hiemī noctis ptes pri  
mæ, ueri quæ uesperā consequuntur, mediæ  
æstati sunt similes, cæteræ consequentur, ha  
bent. ut fert id ipsū de quo loquimur tempus.

De uentis ex Adamantio.

Auic. 2. Fē  
1. doct. 2. S.  
1. Cap. 10.

De uentis supra ubi res physicas amplius  
xi sumus abunde locuti & unde orti, & quibus  
appellentur nominibus. Nunc qui salubres &  
qui insalubres dicendum uideat. In uniuersū  
igitur omnis uentus obiectat corporibus autū  
aerem, uel motus aerem impellendo, quidē  
certis erumpunt locis, eorum obtinent naturā  
locorum, quæ ergo a salubribus sunt locis salubres  
quæ a pestiferis pestiferi, quare de aere id possu  
mus conijcere. paucis ergo possumus collige  
re omnes locales uentos, ut ex Appulia ara  
bulus magis generalibus esse perniciosos in  
æqualiter namque corpora afficiuntur, neque totū  
aerem commouendo, neque totū diem flando  
locorum namque certorum circa matutinū tempus  
maxime flare consueuerunt quos e terra nauarum  
uocant, uniuersaliū autem uentorum a meridie  
auster calidus semper est, frequentissimeque hu  
midus inflates uariis anni mutantur temporibus  
suntque

namque calidi & aridi ob hoc uarias adducunt ægritudines. Septentrionales autem temperamento frigidi sunt, & perinde omnium saluberrimi sunt uentus, precipue calidioribus corpulentioribusque corporibus. Orientales uero ualidissimi impetuosissimi que, aridissimosque adducunt morbos. Occidui humidi & lenes, magis familiares corporibus nostris. locus sequens exigebat ut de astris cælum turbantibus atque cladem salutemue afferentibus ipsis corporibus loqueremur, nisi in astrologiæ de his atque in primo de medicis libro ea fuisset oratione consecuti, quæ ad præsentem locum pertinere uidebantur, seu quando medicamen exhibendum, seu ob turbatum aerem a detractione sanguinis abstinentum.

De aquis ex Ruso.

Aquarum potabilium quinque fere uniuersales sunt differentiarum, pluuia namque ut cisternina, & fontana, et putealis, & fluuiialis, et palustris quarum omnium pluuia aqua ut cisternina uel quoquo modo collecta leuissima, & facillime mutabilis perhibetur, quæ alijs quidem langoribus optima, quod statim euadat, at feбри et cholere & ictericis incommoda, quod facile transmutetur & biliescat, appositum autem medicamen lippienibus ubi defluxus sint

Auic. F. 2.  
1. doct. 2. S.  
.1. Cap. 16.  
Aqua unum  
existit elementorum

sint & hulcera, acute spectantibus non  
nec qui metallicis curentur medicaminibus  
quod obstipet plus quā fontana, ideo neque  
facile absterget, neque concoquit, neque madefacit  
& excrementa impedit, sed diutius retēta  
crior & tardioris meatus efficit difficulterque  
secluditur, seriusque concoquit & redditur.  
Gignit autem distillationes catarrhosque pre-  
sertim si frigida bibatur. Fontanarū autem  
aquarum qui fontes ad septentrionem e  
axis stillantes scaturiunt a sole auersi, duras et  
tardi meatus inuehunt aquas, & tardius in-  
calescunt ac refrigerantur, quæ uero ad ori-  
entem e fontibus manant per angustias uel  
terrā purā dilabuntur, calefcit & frigescit celer-  
rime, huiusmodi aqua optima, nisi condu-  
ctibus ipsis fiat deterior, putealis autem frigi-  
da & perinde difficulter excernitur, & ob  
hoc causo detentis stomacho et uentri com-  
modior est quā fontana. Fluuialis autem aqua  
& palustris omnino mala præter niliacam  
ea namque cunctis insignita uirtutibus est, sua-  
uis namque potu est & mediocriter in aluo con-  
moratur. sitim extinguit, ac si frigidam pos-  
tauerit, nullam exhibet molestiam, concoctu  
egestusque utilis, unde comoda et corroborans  
& colore blanda est. Aliorū autem fluuiorū  
aqua, difficulter oberratur a refaciendo &  
sitim

nam excitando, præcipue cū per mala dis-  
fluit loca, difficile tamen est de omnibus ita  
loqui aquis, quare quæ niliacæ aquæ proxime  
accedunt quod usu exploratū esse potuerit  
eæ utiq; meliores. Præstant autem fluuitias  
les e perennibus fontibus fluunt, et quæcūq;  
alijs non ammiscetur fluuijs. Palustris uero  
aqua ob cœnosa & lutosa circum loca gras-  
uis est. ob statum moræq; & motū nullum,  
est tãq; mortua & putrida, & perinde cum  
possis aliam habere hãc prorsus infirmis ne  
exhibeto. In terra quoq; & climate uario as-  
quarum differentia sunt innumerabiles, de  
quibus (ut paucis absoluã) q̄ sint cõmodæ  
tum gustu, tum usu poteris præsciscere ab  
accolarūq; discere experientia quæ optima  
quæq; contra. Nam quæ cito calescit, ac frī-  
gescit, & facile coquit alia oīa edulia, etiam  
in uentre cibos facile concoquit, quæ uero  
aqua obstipationē salorēue, aut nitri odorē  
aut crassitudinē, uel quidq; aliud præsefert  
gustantibus, et quæ tætri odoris, & quæ cras-  
situdinem, pondusq; obtinet, & quod subsi-  
det male olens, & solidum et quæ coit, cal-  
culosa est, quæq; hiruðies alit, uel huiusmodi  
di improba animalia, stagnaq; quæq; in  
metallis, seu auro, seu argento, seu alumine,  
seu sulfure, uel id genus alijs inuenit. necnō

H quæ



quæ radices non idoneas parit, quæcumq;  
etiam calidus est uicina aquis, talis ois mala  
Optima ea aqua quâ in uasis fictilibus præ  
coquimus & refrigeramus, & rursus calefaci  
ciendo bibimus In itineribus campoue fossæ  
sunt sodiendæ, in quas e sublimibus locis  
in decliues ducenda aqua, ut in eas fossas p  
ueniat quæ ex terra sint dulci & pingui, un  
de uasa fiunt fictilia, siquidem in fossis sæper  
aquæ reliquitur improbitas. Inuniuersum  
autem omnis aqua difficulter p̄etrans, dif  
ficulter concoquibilis & sufflans præferim  
frigida, pituitam gignit, si quis ex his holer  
ribus aquâ potauerit magis imminet peri  
culum saniem subire & scabiem & lepram  
exanthemata & impetigines, fursures, & car  
bida hulcera. herpetas. corruptiões quasuis  
uel aliquam unam adducit homini, urinas  
irritantes, præsertim ubi nitrosa aqua fuerit  
thoraci infesta & arteriam exhulcerat, & rei  
nes & uesicam, et cuncta hulcera, opitulatur  
autem nitrosæ cibus obtusus et uinum, cras  
situdini, quæ secant & attenuant, ut allium  
et huiusmodi alia, aluminosæ autem succurs  
rit, uinum tenuissimū, & quicquid facile cō  
mingatur, cunctaq; quæ excrementa aduer  
tant, Putatur autem aqua capitis couenire  
doloribus, oculis caligantibus, comitialibus  
articularibus

articularibus tremebundis, sideratis & quibus  
membra dissoluantur per sese, tum cum  
melle pota. precipue stragulationibus & bilibus  
gignentibus, uel atram, uel flagrantem, a qua  
os alui lacescitur, roborat corpus pota cum  
cibus concoctus est, aquosis iuuenibus &  
corpulentis & pinguibus congruit, & super  
ne purgantibus et ex uulnere facta sanguinis  
eruptione, aut naribus, aut alio ex loco Ac  
comodata quoque est feбри ardenti quae caus  
sus appe. latur, & tertianae cum suo tempore  
datur, ut suo loco dicitur ubi de febribus,  
conuenit etiam perpetuo somniantibus &  
quibus semen fluit pota, natantes quoque &  
urinantes adiuuantur, mulieribus prodest, p  
fluxu laborantibus, & appetitu malo com  
motis, nec non singultientibus & os spiritibus  
que foetidum habentibus pota frigida. Tepida  
uero comitialibus, capitis doloribus, lippis  
entibus, dentes cicatricibus uorantibus, dentibus  
tremetibus, apostemata rescindit cru  
eta. gutturi opere ferti hulcerato. abigit a capite  
te distillatione. medetur incensae melancholiae  
& cholerae a principio comote, & per febre  
biliosa uomentibus. Congruit quoque tepida  
aqua. cum colica egritudo frigida fuerit  
et hulcerosis circa septum transversum & sanguinem  
spuentibus & fracturis quoque in lateris

cartilagine tunicalq; sūt, Conuenit autē ca-  
lida aqua ubi preparandū excrementū est,  
ubi tenuare et ubi diffūdere uelis uel lique-  
facere aut mollescere uelis, uel abluere, uel  
concoquere, uel distrahere. In uniuersū autē  
hęc potest calida aqua pota. particularim  
dolorem omnem mittigat præsertim in hy-  
pochondrijs & intestinis ructūq; mouet. ar-  
cet sufflationes & agit urinam & excremen-  
tum ad coquendū bona & reddendū & nu-  
triendū & augendū, neruis et anhelosis succ-  
currit, & pleuresi & peripneumonæ & an-  
gine seu nutriat. seu non nutriat, siue nutriti-  
mentū uehiculū sit, hic querendū non est. Il-  
lud autē dicendū quod sine aqua nutriti-  
mētū concoqui impossibile est, quemadmodū  
nequidem coqui cōmode potest. Aqua  
autem ex cicuta splenicis iuuare perhibet  
ac si quis ex ea aqua panem conficiat, eisq;  
uescendū præbeat multū profuerit.

De lauacris ex eis quę scri-  
psit Galenus.

Lauacrorū quædam sūt dulcia, quædā  
qualitatis expertia, quædam porro suam  
quædam obtinent qualitatem, ac eorūq; al-  
teram quædam habent qualitatem, quædā  
ex institutione nostra uim habent, quædam  
sua sponte uim possident. Primum ergo de  
dulcibus

dulcibus dicendū est, quādoquidē horum  
usus est maior. dulcium ergo aquarum uis  
quæ sint temperatæ humida & calida, quæ  
autē sint tepidæ humida & frigida, at calida  
rū supra modū, calida quidē, sed non æque  
humida exhorrescere corpora compellit, spi  
ramentaq; ipsorū densescere. et perinde neq;  
frui extrorsus humiditate potest, neq; redū  
dantias exhaurire interiores. at est a tēperatis  
nobis inchoandū, Omnisariam igitē tempe  
rata humectant, ac per sese calefaciūt, Con  
tingit autē ipsis aliquando, aut distrahi hūmi  
ditates particulis aliquibus corporis, aut re  
mollescere, aut cōcoqui, aut uim roborari,  
aut dilui Congruūt autē hūiusmodi lauacra  
dulcia inquam & temperata febrib⁹ aridis  
præsertim immoderate sitientibus sub sole  
mora plurima ac scabiosis exanthematis.  
Expediūt autē aerē lauari humidū præpare,  
pauimenta q; ac parietes aqua aspergere.  
Calida uero iuxta nostrū institutū lauacra  
constituere cū uolum⁹ turbantē frigiditatē  
dispargere, laboriosam uē affectionem, aut  
spasmū dolorem uē consolari. Calida autē  
sunt calidis quibusdam aquæ ammixtis, ue  
lut glichone, uel origano, hyssopo, thymo,  
thymbra, elelisphaco, lauri, folijs, pyrethro,  
chamepity, panacis radic, emillij semine, &

id genus alijs. Lauacris autē ad distrahendū  
idoneis utimur, aut habitū corporis confir-  
mare uolentes ut in pinguib⁹, aut langore  
aliquo tumentib⁹, aut corpus uniuersū, aut  
corporis partem aliquam uelut uentricu-  
lū, testiculos et pedes, sicut in hydropicis. uti-  
mur sane in hulceribus fluitantibus ob mul-  
titudinem humorū toto in corpore abun-  
dantiū, aut feruoribus hulceri suppositis. si-  
unt porro distrahentia lauacra cū in aquā  
huiusmodi immittūtur sal nitrū, uel aqua  
marina calefacta. & mel aqua mixtū, uel us-  
ua passa agrestis cocta pariter cum cinere  
ficulneo, aut uiteo aqua abluto, iuniperini  
fructus concocti. & ablutū aqua thus non  
combustū. palustris quæ uocatur adarce cō-  
cocta, uel aluminosa. Mollificantibus autē  
& mitigantibus lauacris utimur, in inflam-  
matione & duricie partis alicuius. Hæc autē  
sūt malua aqua decocta domestica & agres-  
ti, & lini semine, & tilis, & melilotorū, inflā-  
mationibus autē fluitantibus, arnoglossum  
hoc est agninam linguam adhibemus, uel  
polygonū aqua coctū, uel malicoriū hoc ē  
corticē mali grāati, aut bati folia In spasms  
uero cū inflāmatione utimur ubi sint inflā-  
mationes citra profluxus iam memoratis,  
præsertim uero hydrelæū his cōfert habens  
maluā



maluam, tilim, lini semen, duricia uero si fus  
erit citra inflammationē iam memoratus ad  
distrahendū idoneis utemur.

De lauacris naturalib<sup>9</sup> ex Archigene.

Lauacroꝝ sponte proueniunt. Alia sūt  
nitrosa. Alia falsosa. Alia aluminosa. Alia  
bituminosa. Alia sulfurosa Alia ferrosa.  
Alia chalcosa, quædam ex his sūt cōposita  
Horū aut oīū potestas ed arefaciendi, quæ  
dam non arefaciunt modo, uerū etiam ex  
acerbāt obstruūtq; sicut aluminosa, partim  
aut etiam falsosa, & æris qualitatem adepta  
cuncta uero conueniūt humidis & frigidis  
cōtra naturam corporibus, & eiusmodi ue  
rustis morbis & perinde uicissim, articulari,  
podagræ, parotidibus, nephretidi, asthmati  
cis, caligantibus oculis, huculceribus fluitan  
tibus. inflammacionib<sup>9</sup> uetustis, & iam ob  
duratis, sed iam quædam nitrosa & falsosa  
conueniūt, capiti uicissim & thoraci fluitati  
& stomacho humecto, & hydropicis & tu  
moribus cunctis. Aluminosa uero sangui  
nis educationibus, uomitorio stomacho suc  
currūt & imoderate ab hæmorrhoidib<sup>9</sup> ex  
haustis, mulierib<sup>9</sup> q; inordinari purgatis aut  
sup purgatis et absq; apta occalioe cōtiue p  
cussis iuuāt q; supra modū sudantes & tar  
de cōcoquētes & i crumib<sup>9</sup> riores Sulfurosa

Quæ p se  
naturæq;  
pueniunt  
thermæ, al  
iæ qdē ni  
tri, aliq sal  
is, aliq alu  
minis, aliq  
sulphuris  
aliæ bitu  
minis, aliq  
æris, aliq te  
rræ naturā  
imitantur  
Nonnul  
lę cōpolit  
am ex eis  
uim possi  
dent.

At q̄ bitu res tēasmodes, at stomachū dissoluūt ac subse  
 minis mi uertūt, ex hauriūt uero cutē, ob hoc opitua  
 xtura cō latur uerucis, uertiliginibus, lepris scabiebus  
 stāt, caput impetiginib⁹, & uetustis hulceribus articu  
 replent, sē lorū fluxibus. spleni obdurato iecori et ano  
 foria ledūt parimenis, & ischiadicis, & pruritibus. Bit  
 calfaciunt tuminosa cāput cōplent, sensuū mēbra redi  
 uero atq; dūt deteriora. calefaciūt aut̄ immorādo &  
 mollificāt mollesaciūt precipue posteriora, et uesicā et  
 si quis diu colū. colicosq;. Quæ uero æris habent quæ  
 immoret̄ litatem ori, & uuæ & oculis ualde cōgruūt,  
 Quæ uero Quæ ferri q̄litatem præferūt stomacho et  
 æris uim spleni uicissim cōueniūt ob mixtas actiones  
 retinēt, ori mixtam hñt qualitātē. Expediūt aut̄ ingressū  
 tonsillis, in aquas sua sponte calidas, citra tumultū  
 uuæ, oculū, fieri ut uis ingredienti corpori incidens sub  
 utiles sūt, eat tumultuose namq; ingredientiū corpus  
 At ferri exhorrescēs densescit, nec aquæ qualitātē  
 natura ha excipit, Bituminosis aut̄ & sulfurosis aqua  
 bentes & rū ructibus subijcere caput nō expedit, quæ  
 stōacho, et ādoquidē facile uitiantur  
 spleni cō ueniunt.

De frigida lauatiōe de salubrib⁹  
ex Galeno.

Quum a Frigida lauacra, citra mendā aliquā bñ  
 quæ frigi habentibus cōmoda, colligūt namq; corp⁹  
 de lauacra totū & pellem durā & densam efficiunt,  
 laudam⁹ quod sane potentissimū est aduersus cladē  
 nō ijs qui extrorsus

extrorsus illatam. neq; eis conferre dixerim  
qui quoquo modo uitā agūt, sed eis tātum  
qui examē in uictu adhibent, & laboribus  
et cibus ut conuenit utūtur, qui non profusi  
qui neq; a cōcoctione alieni, et nequidē pre-  
eiuomentes neq; oblæsi uentre. neq; uigila-  
ces, periculosū nāq; sit si quisq; aliter utatur.  
Expedit autē insuetos ad frigidā lauatiōnē  
accedentes sensim assuescere, Et primo quis  
dem in æstate incipere usum, primosq; usus  
subitarios non esse in aquā frigidam, inde  
paulatim assuefactus per totā hiemem, sit q̄  
incipiet tempore dies sine uento, alioqui p̄  
id tempus dies maxime calidus, sitq; in me-  
ridie principiū, sit autem futurū, ut frigida  
uatur, ætate quidem uigesimalū & quintum  
annū agens sitq; animosus, qui assuefaciat  
corpus duris exercitationibus, deinde oleo  
ex consuetudine perūgatur, post exerceatur  
deinde ita in frigidā descendat non torpescens,  
sed cōfestim insiliat. quo tempore uno  
omnia corporis membra perfundat. nam  
sensim subiens inhorrescit corpus obriges-  
citq; sitq; aqua ut iā dictū, neq; tepida, neq;  
impense frigida, excedente autem aqua a  
pluribus oleo perfricetur, quoad occaluerit  
pellis, inde plus solito cibi sumat, plus siq;  
dem appetūt qui lauantur frigida, meliusq;

H § concoquunt

quomo-  
dolibet de  
gūt, sed il-  
lis dumta-  
xat q̄ exa-  
cte uiuūt,  
laborib⁹ et  
cibiq; q̄  
ad fieri po-  
test, cōmo-  
dilime us-  
tunt, cōfer-  
re dicim⁹.

concoquunt minusque sitiunt ideo minor potus exhibendus.

De ingressu in oleum ex Galeno

In oleum ingressus comodi, sunt primum frigore febricitantibus & sectis, & quibus inherentes ossibus dolent nervi, & convulsis. Oportet autem quintam olei esse partem que igni icalcescat, reliquam in uas infundi, erit namque satis calidum quod in exiguis balneorum ingressibus ubi quinta pars occaluerit reliqua quo imissa ut languidus inde intret.

De apospongismo ex Archigene.

Apospongismum admittimus in alijs quidem partibus, uel situm abluendo, uel saniem uel sanguinem, uel pus, uel ipsa medicamina, uel ob morsum, uel pruritum perturbatis corporibus pacare tentantes, in facie ut interpellemus & succendere spiritum uolentes, ut in anima deficientibus, aquam admittimus aestate quidem frigidam. At hieme ex lacte in aegrotantibus prouidendum ne in principio neque in ascensu accessionis seu paroxysmi, sed in uigore & habitu. nam in principijs iniectionum confouemus odoratis olfaciendo. Putat Archigenes in aestus excessus per somenta non faciem modo apospongiendam, sed etiam pectus

De proluione

Proluio



Proluiones quoq; faciei admittimus in  
ægrois ob dictas cās. æstate quidē in febris  
bus æstuosissimis, frigidā admouemus pro-  
luionem. per hyemem calidiusculā, in sim-  
plicibus febribus, & stomachi subuersione  
oxycrato proluimus. uitanda diurnitas  
præsertim in facile capite languentibus, ne  
descensus & frigiditatis periculū immineat.  
utimur etiam proluione instillatibus oculis  
ocimi decoctione efficacissima, pineis nuca-  
mentis fractis coctis, subiiciatur mento spō-  
gia arida ne aqua in pectus defluat.

#### De sellularijs.

Sellulariū admittimus ubi inflammata  
sint membra, aut ob balnei inopiā. aut ob  
utriū imbecilitatem, uel aliud impedimētū  
inflammationibus igitur renum utimur deco-  
ctione tilis, maluæ domesticæ & agrestis. li-  
nospermi. in calculosis autem eisdem ob in-  
flamationem & artemisię decoctione & ro-  
ris marini & petroselinī & nardi spicæ. eisdem  
et in uesica utendum admittendo etiā  
rutam. in podice autem artemisię decoctio-  
ne, elelisphaci, et lauri ac similibus, in colo-  
autem siionis panacis decoctione & lauri,  
& id genus alijs, in pudibūdis meliloti cor-  
ticis papauerum, & rosarum. in fluxu ani et  
& hæmorrhoidum in podice arnoglossi  
decoctioe,



decoctione polygoni, sidion rosarū, rubos  
& similia . in ridibūdis spasmis uulnerū  
hydrelæum pingue, omnibus utendū & in  
fidendū ad umbilicum usq; reliqua mēbra  
operienda in primis caput ne redundanti  
is impleatur.

De aspergine ex Archigene.

Aspergine utimur in quibus lauacrum  
subire ob circumstantiā aliquā non licet, &  
in uigilantib9 per febrē & delirij9 utimur,  
ut decoctione camæmelæ, quandoq; etiam  
papaueris cortice, oleo quoq; corticem pa  
paueris incoquendo caput aspergimus &  
confestim somnus suauis adducit. Archige  
nes autem magistrum suū Agathinum in  
uigilantia furēri unxit calido oleo caput, &  
statim furor ac uigilantia ea cessauit. In cani  
nis autē conuulsionibus oleo cucūerino ca  
lido, uel aliquo eiusmodi caput est exhauri  
endū, & in quibus neruosum admodū fue  
rit uitiatum. quod si refrigeratio, & tremor  
uitiū neruorū consequatur, tum oleum cu  
cumerinum sumendum est. In podagricis  
uero aspergimus marrubio in aqua uel ui  
no cocto.

De emplastris ex eis quæ Lycus  
scribit.

De emplastro ex fermento. diffundit cō  
sistentia

consistentia et plurimū eliquat hoc cataplasma, cōuellitq; infixa tela, & dura mollificat cū aliquanto oleo atq; ita imposito, quod si uæhementius uelis efficere nitrū ammisce to mediocre, quod si aceto fermentū diluas rurſq; coquas crassū coctiōe efficies, eritq; accōmodatissimū splenis et hepatis duricis ei. si porro thymū & glichonē uel absinthiū, uel abrotanū cum fermento admisceas præstantissimū efficies medicamē.

#### De cataplasmate ex pane.

Ex pane uero cataplasma omnes, prorsus abstrahit inflāmationes, at pluribus fit modis. nam aqua frigida aspersus ac dissolutus et rosacei paululū admittens, & succū cicutæ idoneum sit cataplasma inflāmatis erysipelatodibus, uel pro aqua ex aceto præparatum, atq; ita magis congruit erysipelatis. si pro oleo butyr; tibi capias, idoneū efficitur inflāmatis q̄ difficulter concoquāt. præparatur autem hoc modo, aqua multa diluitur, panis ut crassitudinē succosā habeat, & huic miscetur oleum uel butur;, inde conquit quoad consistat. hoc autem meli⁹ omnibus est inflāmatis, qui in uulnerib⁹ & ad faniem confestim educendā, hoc autem utimur ubi neruus uel neruosū quicq; intus fractū sit Quidā isignes medici cum pauca pice

ptice humida miscendo utile aiunt se fecisse  
cataplasma idq; podagricis sese expertos in  
flāmationibus maxime congruere.

Alia præparatio artomel manibus attri-  
tando, quod intra recentem panem est uelut  
similago dispersa fuerit, mel in trulla calefa-  
ciendo spargimus, ita cōtritum panem, & co-  
quemus ut substantiā habeat mediocrem,  
inde imittimus oleum mediocre & uniendo  
cōpingimus. hoc idoneū est inflāmatis hy-  
pochondrijs, melius aut fuerit melli pauca  
lam aquā ammiscere. ita nāq; in coctione  
diffunditur & ex frumentaceis farinis cata-  
plasma fere idem efficiet, eisdem præparati-  
ones admittendo

#### De diascon catapotijs.

Ficus pingues accuratissime concidito  
ut nihil alienum in ipsis inueniatur inde im-  
mittatur parum modo unguenti irini, ipini  
gamus. duriciebus nāq; neruorū congruit  
& articularū cavitatibus, quæq; plurimum  
callata sint, & duricie præcipue splenis eric-  
oris, ut admittat dictū cataplasma aliquatū  
nitri. frangit abscessiones, & educit paxillos  
ficibus ita affectis ammisceto gliconis, aut  
origani, aut thymi, aut absinthij comā tenu-  
issime cribrādo, hydropicis cōgruit coctisq;  
cōgrue sicubus, inde dissolutis tū decoctis &

& ammixta hordeacea farina uel frumenta  
cea & iterum coctis quoad consistant, congru  
it abscessionibus non facile maturescētibus  
si autem uelis pinguedinē adncere, butyrū  
ue miscendo, uel rutæ folia dissoluta in intes  
tinis a flatu suscitatis succurrit doloribus,  
miscet̄ pariter cuminū oleum.

De ex fursuribus cataplasmate.

Furfures ita pæparare oportet in mortas  
rio terere & cribellare ipso ut tenuissimi eua  
dā, uti ipsis in duro omni corporis loco cō  
sistente, precipue in hepate uel splene. pæpa  
rare autem ipsos conuenit oxymelle, uel etiā  
āmoniacā sceminina soluendo cū oxymel  
le subigemus furfures cōpingētes reponēus  
ne frigeat cataplasma, et aliquādo inflāma  
tis ponemus testiculis utilissimum cataplas  
ma in his sine aceto pæparet̄, sed mellicra  
to, congruit autem hoc cataplasma duris tu  
moribus, & phymatis. at in pestiferis uiru  
lētisq; magis opus aceto in fursuribus con  
gruum cataplasma faciendo.

De dropacibus et pittosis. ex

Archigene.

Dropax. etiā pittosis a quibusdā uocitat̄  
ueteribus precipue congruit egritudinibus  
ut plurimum sumitur ante sinapismū quo  
pæparet corp⁹ sinapi, et post sinapismum, ad  
secādam

secundā reliqua affectionē. simplicior ergo  
dropax est pittolis appellata pix arida lique  
fit cū oleo q̄ parcissimo, inde cū incaluit pel  
li illinitur, & latis prearefactis igni aggluti  
natur, & anteq̄ refrigeretur auellitur & em  
plasmare rursus ante focum agglutinatur,  
& similiter priusq̄ refrigeretur auellitur idē  
q̄ fit sæpius. utilissimus usus est his qui per  
petuo uomūt, & non cōcoquentibus, et ce  
liacis affectionibus reliquisq̄ partibus, que  
nō alātur. Aliud dropax longe optimus, ple  
cis. cærx. colophonix ana libra. i. nitri. unc.  
6. bituminis unc. 3. sulfuris ignis expris unc.  
i. & dimidia piperis, euphorbii, adarcis ana  
unc. i. cātharidū drach. 4. cyprini olei unc. 4.  
utere opus est ut diximus illinire dropax  
calidum ut crassitudinem habeat iuxta lan  
guētis uires, pilis prius in ea rasis loco quos  
ualide dropacissemus, conuenit lauare im  
posito dropace & exercere si fieri possit cō  
festim auulsus dropax, potest roborare indi  
tum spiritum & ad cutem reuocare & suo  
rum cōminisci operum

De sinapismo ex Archigene.

Ex sinapi cataplasma omnes uocitare cō  
sueuerunt. ad iumētum plane efficacissimū  
est. uerum in acutis non admodum proba  
bile est nisi in per paucis, in solis nāq̄ segnis  
oribus



legnioribus torpētioribusq; & madefactis  
in acutis lāgoribus utimur sinapi. ī uetustis  
autem ferme omnibus posteaquā cētera nō  
profunt remedia, absolutissimus p̄fectissim⁹  
musq; est sinapism⁹ posteaq; igitur uetustis  
omnibus accōmodatus est, satius fuerit dis-  
cere in quibus utēdū nō sit, in hulcere itaq;  
pulmonis non assumitur sinapism⁹, neq;  
in alia intestina exulcerata irritat. siquidē  
hulcera et suo acumine exacuit, & ne q̄dem  
hulcerib⁹ quę in cute neq; in cartilaginosis  
partib⁹ ut auribus, aut extremo naso ab ip̄o  
nāq; exuruntur & nigrescunt q̄ admodum  
carnis expertia sūt, reliquę omnes corporis  
partes & langores hoc gaudent auxilio, ex-  
cepto capite in uetustis eius doloribus & ca-  
liginibus, comitialibus & furorib⁹, sed tho-  
raci cōmod⁹ ī orthopnœis, asthmatis. tussī  
uetusta, in pituita autem caput cum thorace  
curandum sinapismo, & stomachus & inte-  
stina in omnibus uetustis affectionibus, p̄-  
sertim ubi deest appetit⁹, nephreticis quoq;  
affectionibus, & circa lūbos & coxendices  
& pennē & uesicā, et paretis contractionib⁹  
& partes prorsus oēs refrigeratæ hoc gau-  
dent auxilio. succurritur uicissim etiā arthri-  
cis, & ischiadicis & podagricis. Sinapismi  
autē preparatio est hmōi. Aridos sic⁹ pridie

quæ cetera cōficias in aqua tepida madefacere  
expedit, inde distringere ualideq; premere  
ac dissoluere, inde sumito tibi sinapi acuti  
per se conterito, inter terendum diffunde  
spiginem ficuum quo fiat dissolutissimū nō  
utiq; aquosum, inde massam utriusq; facito  
misceto inuicem ut usus exigit. si ualide uel  
lis sinapi illinire duas ptes sinapis uni ficuū  
addito. si mediocriter, ex utroq; par sit men-  
sura, si mitius tertiā facito sinapis partem,  
duas autem ficuū. in corporibus autem bñ  
sentientibus & quorū in cute lāgor est. panē  
loco ficuū aridorum sinapi copulari con-  
uenit. Illud quoq; sciēdū est quod acetū aspi-  
sum sinapi, ualidius firmitusq; efficit nam a-  
cetum uim distrahit sinapis, quod cataplas-  
ma cum teue fuerit, ī omnibus iam dictis  
impingatur in lintheum & locis impingatur  
prælongitudine definire, equidē cuncta nō  
possum. ideo oportet magis continue cata-  
plasma corripere & aiaduertere an satis ca-  
ro rubicunda euaserit. hoc precipue facien-  
dum est in partibus haud quāq; satis sensibi-  
libus, ubi uolumus statim exercere spōgis  
ex aqua calida aspersis, calefaciendus est lo-  
cus appositōe cataplasmatum. hoc est in rha-  
neum in balneum agendum, est inq; calidū  
locū

locum æger adducendus est, & ex secundo haurienda pars reliqua. post lauacrum aut oleo rosaceo locū unguimus, in plurimū aut ambitiosa febrī detētis, uel etiā exhulceratis pigmento ex aqua rosacea constituendum et cataplasma faciēdū malua cocta dissoluta cum pane cum cessauerit dolor, ceroto rosaceo cum cerusa utendum, est. at in quibus lauacro uti nō possis reliquæ corporis ptes spongijs ex aqua calida calefaciendæ sunt. uis eis uero quæ circa caput præsertim frigidis affectionibus olei calidi diffusionē cōciliandus est locus.

Caprarum spirathi cum aceto impacti proprie ischiadicis congruunt. spirathi nāq; dissoluti in aceto sinapismi usum præbent & proprie cōgruit ischiadicis hoc cataplasma multoq; sinapismum antecedit ut ex p̄t̄ia edoctū sum⁹. Quæ alia rubefaciunt.

Rubefacit cardamomi semen, et calefacit ut sinapi, elenij radix, similiter agrestiū corumborū stercus, quo se usum frequēter ait. Aetius & cum cardamomo autem semine contuso & cribrato pro sanapi uti in ischiade & hemicraneæ & tenebris oculorū, & antiqua cephalæa & uetustis doloribus laterum humerorū tenentū, et insuper in renibus & colicis affectionibus, & articularib⁹

& podagricis cum nec dum fuerit meatu  
cōstitutio et scilla contusa in mortario uin  
ppemodum habet quā sinapi in pactū ad  
pauculū uero tempus imponatur, nā seruu  
cōmorata locum exulcerat. Vtendū autē  
ipso peculiariter in orthopnoicis in thorace  
ac contractiōe cum nō solū motus sed etiā  
tangendi sensus deseruit. concilianda etiā  
membra ut in sinapismo dictum, proprie  
quæ a scilla morsus conciliat, olei perfusio  
præcipue rosacei.

De iberide. uel cardamotene,  
quæq; uocitatur etiam  
lepidium.

Præcipua est rubicūdorū locorū utilitas  
quā iberida & cardamotenē uocāt, de qua  
Galenus in eo sermone quē de ischiade ha  
buit plurima locutus est, nec non Archige  
nes ipsa usus est splenicis & ischiadicis, ait  
autem in ad Aristonē epistola de hac ipsa  
hoc mō Archigenes. Volui equidē te uo  
etiam radice quæ istic nūc iberis apellatur.  
habet autem folia ut cardamus. uerno tpe  
magis uiret, in minorem longitudinē excre  
scens q̄ sit cubitalis, nasciturq; in locis incul  
tis, aspectu autem lacteū florem educit & uo  
efficacissimum. radices autem c doratæ ut  
cardami, dictio igitur tempore tibi sumito  
radices

radices accurateq; concidito, non autem facile dissoluuntur, & porci falsi piguetudinē imittito quātū satis sit emplastro, apponito emplastrū obtentum non minus quatūor horis, inde in calidum transiēto balneum non unctus ingreditur post exiguā humentationem corporis, ingressu uel sare calidiorē, exiens, ceneleo pingui abstergitur, tegit lumbos lanis puris

De sumptis in comparatione  
adminiculis.

Galenus cōparatis adminiculis omnib9 in plurimis uetustis lāgorib9, cum nil adiūuāt auxilia ad cōparatiuā, ita a methodicis appellatā curam deuenire cōsuevit, ego autē inquit Aetius in quibus iam distēperantia est aliqua humida, & frigida in lāguentib9 partibus, uel difficultas sentiendi inest, uel fēribilitas nulla, profero ex sinapi uel thapsia & his similibus medicamen, & aridisq; calidis affectionibus talia non exhibeo.

De salubribus.

Cū de humano corpore ars una sit, duæ sunt precipue ac maxime eius partes, Vna quidē sanitatē, Altera uero curā pretendēs. At quoniā tum dignitate, tū tempore prior est ægritudine sanitas, nos quoq; prius quo pacto custodienda sanitas uideatur dicēdū  
I 3 arbitramur.



arbitramur, deinde quo pacto quispiã opti-  
me morbis medeat. Sanitas itaq; duobus  
dicitur modis uno quidem modo exacta  
& optima, pfecta; et extrema. Altera uero  
qua distinguitur qua magis, & qua minus  
corpora ualeant. prius igitur custodiendum  
quo pacto ducere optimã & citra reprehẽ-  
sionẽ naturæ possimus sanitatem, ac primũ  
quæ nam sit corporis optima cõstitutio cõ-  
mĩscendũ. Est igitur ea rei quidẽ essentia  
tẽperatissima cuius partiũ factura optiẽ ipsa  
rũ congruit actioib; ut neq; nuẽro neq; ma-  
gnitudine deficiãt, quatenus autẽ sensu pos-  
sumus deprẽhendere, sit corpus ita plenum  
ut medium inter tenue & corpulentũ toro-  
sumq; non pilosum neq; tenuibus pilis, nõ  
molliculũ, neq; obdurũ, neq; album, uel ni-  
grũ, uel exiguarũ uenarũ, uel laticũ, uel ipetuo-  
sũ, uel sine impetu uel somnũ lætũ, uel uigilax  
uel itelligẽtia obtusũ, uel uersute ueteratorũ  
ac improbũ, uel i uenerẽ proiectũ, uel cõtra  
quod si inter excessus omnes mediũ locum  
obtinebit, erit etiam uisu tale pulcherrimũ,  
ac mediocre & temperatũ, omnibusq; sube-  
undis laboribus idoneum, habebitq; in cõ-  
teris partibus ut possis depræhẽdere tempe-  
rumentum, de quibus q̄ breuissime a nobis  
fieri potuerit loquemur posterius, Videas  
nãq;

nāq; corpora quædam temperata capitibus  
et thoracibus distemperata, uel uentre, uel ges-  
turalibus, aliquibus autem in colis est distem-  
perata, & multis in aliquo intestino, uel qua-  
piam parte alia de quibus ubi de corporum  
malis constructionibus loquemur. nunc de  
optima compositione dicendum, primū qui-  
dem dicendo quo mō ex omni parte homi-  
nem sanum accipiamus uitæ demonstratis  
one nisi quid extrorsus uolentū inciderit.

Quo pacto cognoscatur infans  
sanus cum primum ex aluo  
editus.

Iudicabitur autē sanus ne sit recēs editus  
primū quidem si puerpera sub pariendi tē-  
poribus sine ægritudine uixerit, inde cum  
editus fuerit in terraq; depositus infans sue-  
rit ipse uagiat ualida, & uiuida expressione  
omnibus undiq; partibus & sensibus inte-  
gre & æquabiliter. cumq; naturales meatus  
omnes minime habuerit impeditos, ut auri-  
um, narium, gutturis, præputij, ani, & cuius-  
libet partis naturales motus neq; torpentes,  
neq; dissolutos habeat, articularūq; inflexi-  
ones, & extensiones, magnitudines & figu-  
ras & sensum integrum.

De obstetrice

Edito infanti amputetur umbilicus qua-

Auic. F 7.  
.i. doct. 1.  
cap. 1. infā  
tis uero tē  
peratæ cō  
plexionis  
cū nascit̄,  
pleriq; sa  
piētū dix  
erūt, umb  
ilicū in pri  
mis debe  
re icidī c̄

quatuor a uentre digitis acuto scalpro, alia  
respuendo materiam calamorum & uitre  
orum, ne fractio fiat aliqua, inde sāguis cir  
cum guttolo exprimat̄, lana pura exuga  
tur, inde paululum salis tritissimi adhibeat̄  
est quando etiam cum oleo ubi magis deliti  
cati sint, & totum corpus ptissanæ uel uilis  
succo tergeatur, & aqua tepida abluat̄, quod  
tenax corpori adhæserit, digitis exprimendū  
quod mucosum naribus fuerit. purgandū  
os, purgandiq; aurium meatus, diducendæ  
palpebræ. abstergendi oculi, oleum ipsis in  
stillando diducēdi digiti, educēdū e parte  
inferna consuetū appellari meconium per  
umbilicū pauculū immittetur oleum, respici  
endum cuminum est, quia acutum ut qui  
dam adhibent inde duplicādo umbilicum  
lanula clementer obuoluendo. constituere  
in medio conuenit de more. postea infans  
fascia obligetur, dandum autem ei præcun  
ctis cibis, mel optimū despumatū lingendū  
auerfando butyrum, quia malum stomac  
cho, inde tepidum hydromel instillandum,  
inde prius emulgeat mater e māmīs quod  
crassum fuerit, inde calefaciendo ipsas aqua  
calida lac infanti suggerat. melius fuerit si  
matris lac non suggat in quartum usq; diē.  
lauādus infans est interuallo aliquo horarū  
post

post cibum bis in die, excidente autem umbilico post tertium uel quartum diē, choleæ testam exustam immitte loco leui, uel porci astragalum talūue exustum. uel plumbum exustum illine cum uino & illiga.

De nutrice deligenda,

Præcunctis autem his, nutricis delectus habendus est, ne sit iunior ānis uiginti, neq; senior q̄ quadraginta, q̄ bis uel ter peperit, quæ bene habeat corporis magnitudine integra, pectus firmū habens, mediocres mamas habeat ex quibus facilis hauſtus sit, parillas neq; magnas, neq; paruas, neq; angustas, neq; admodum latas, uel fistulosas, nã quæ māmæ plus q̄ deceat magnæ sūt, plus lactis parāt q̄ expediat, quod in ipsis residēs cori uñpitur, infantēq; offendit aggrauatq; mulierem, exiguæ uero paucum lac suggerunt. Papillæ quidem magnæ atterunt gingiuas ac linguam in potu exerceri, phibent paruæ autē difficulter apprehenditur & p̄ inde maxillas offendunt. latiores uero et fistulosæ papillæ eruptim lac immittēdo sunt strangulandi causa. Præterea nutricē esse cōuenit modestam, minime temulentam, non iracūdam, puram. boni succi ac concoctioꝝ nis, non animo abalienatam. Ego inquit. Galenus puero flente diem totum & excā

Auic. F. 3.

.1. doct. l. c.

2. Oportet ipsā boni coloris esse, & collū h̄re forte, & pectus forte, et ap̄ lum, et m̄ usculosā, et duram h̄ns carnē iter pinḡ uedinē et maciē, et carnosam non adipē abūdantē

descēte posteaq̄ uidi ipsius cubile & lintea  
& stragulam uestem sordescētē, puerum fi  
tu & sorde plenum. iussi ipsum ablui cubi  
leq; ipsiq; immutariq; omnia, quo facto nec  
fleuit nec excanduit amplius atq; placide so  
no conqueiuit.

#### Lactis experientia.

Optimū lac esse cognosces, si mediocriter fuerit i crassitudine, multitudine, colore, odore, gustu.

Experiendum autem lac, gustu, uisu, & olfactu, gustantibus namq; diuice, & spectantibus candidum & æquale mediocriter modo habere conuenit inter humiditatem & crassitudinem. At improbum, aut crassum & caesiosum, aut humidum & serosum aut liuidum aut sufflatas habens anthas, aut spumosum aut male olens, uel uestigio acidum, aut gustanti amarum, uel salū, uel mala alia qualitate præditū, his cognitis in lacte potes colligere morbosā mulierē, & pinde tibi transundū ad aliam est.

Exerceat manus & humeros, texēdo, & i ulnis circumferēdo, ferēdo aut i ulnis i fas est triestris et q̄drimestris.

#### De uictu nutricis.

Exercenda nutrix est exercitijs mediocribus, cibi exhibendi sunt succi boni atq; pariter facile administrabilis, & suo tempore, & cōmoda mensura, sicut & potus, ut abstineat a porris, cæpis, alijs, salsois & a cunctis male olentibus & stridentibus, & bellarum multis, præsertim oleosis ut pinei nuclei sunt quæ bilem generāt superne innatant & uenerem



uenerem mouent, a quibus prorsus abesse  
nutrix debet. irritantur nāq; coitu mēstruæ  
purgationes, & ob hoc lac corrumpitur &  
improbū & paucissimū nascitur, aliquæ ip  
sorum etiam concipiunt quo nihil pernicio  
sius infanti potest dici lacte cōminuto, uel  
corrupto uel etiam prorsus extincto, uel dē  
fescente, uel tenuato, melius ergo alteriō nut  
ricis lac adhibere, quæ si non occurrit, ma  
gna in cibo reuerentia nutrici adhibēda, ne  
infans ægrefcat lacte uitiato, inspiciendum  
quoq; num corpus totum an pars modo  
una ægrotet, quod si ob ægestatem lac ex  
tinctum est, admouenda nutrimenta quæ bo  
nos reddāt succos & plures. si alius magis  
q̄ conueniat laxetur substringenda, est exer  
citijsq; supernarum partium. utendum &  
calefactionibus cū spōgijs, cerotis quoq; hu  
midioribus utendum ex irino oleo, uel ser  
pylo, lingendū quoq; lini semen cum melle  
uel dulci uino. aut sesamū crudum cum da  
ctilo æquali portione, dissolue daq; madens  
dum, potet ordeaceam potionem quotis  
die & māmæ lacte implebuntur. uidebitur  
autem mulier inter sumendum potionem  
totis dissolui mēbris quoad in māmās lac  
peruenerit, uel lumbricos in luto fluminis  
inuentos quos uocant terræ intranea teren  
do

terendo dissoluendo quinque ad septem im-  
mittito dactilos & una dissoluendo da por-  
tione ordeacea præabluendo ieiunam mu-  
lierem ad dies .x. & mirabere quod bonum & pul-  
chrum lac, melius autem ante hoc pariter  
dissoluere potionem ordeaceam & potum exhi-  
bere, uinum des dulcius & foeniculum uel  
anethum uiridem cum ptissana coquendo da  
obsorbendum, si tenue lac fuerit, lauacra exp-  
itor. uitor pro cibo halica, ouis sorbilibus  
panibus ex simlagine, et pedibus porcinis  
& auibus pinguioribus, hedinis carnibus  
& uino dulci. si lac mulieris crassescat tenuis  
antibus cibus utnedum est, & minus alentis  
bus balneisque iugibus. lac namque crassius ad  
postemata & dothienas in corpore generat  
infantis. si lac erit acutius excrementa per in-  
fantis uentrem cum uellicatione plura sient  
appetitus excidet, & exanthemata acutissim-  
ma in corpore gignentur, præcipue in partibus  
superioribus, ac etiam in inferioribus paulatimque  
infans attenuabitur, uarijs ergo modis tem-  
perandum est nutricis corpus, dulcibusque bal-  
neis & bonum succum in nutrimentis exhi-  
bendo parabis, quod si uelis lac plurimum  
cominuere da quæ parum nutriunt, & pau-  
ca, cataplasma facito in mammis ex cocta lacte  
uel cumino cum aceto illinito, uel lapide  
albo

Adiwp. tu  
berculum

albo molli, quo in domoꝝ edificijs utimur  
cum aceto, aut dato hyoscyamū cum aceto  
aut pānum laneum aceto asperge & super i  
ponito & continue aspergito, aquaꝝ mari  
na uel salore calido, aut mirrhæ coctione.

De stertentibus infantibus.

Cum autem plures infanti ad motæ fue  
rint nutrices, alienis usæ nutrimentis impro  
bum suum lac efficiunt, & ex hoc uarijs im  
plicantur ægritudinibus, quæ corpori infli  
guntur puerorū. quare si crassiora nutrime  
ta infanti exhibebunt cōgregabitur in uen  
tre pituita, & ob hoc stertit. lini semen cum  
melle exhibendum licū, uel cuminū paucū  
cum melle, & mellicratū calidum continue  
ori instillandum, uel oleo digitum intinctū  
inflētiendo perunge gulam, appræhendeq;  
radicem linguæ infernam & irrita uomitū,  
uomitū eductis namque turbulentis subito  
liberabitur.

Ad non uocales infantes.

Antecedente quauis causa id accidit præ  
cipue aluo substricta. brassicæ igitur succū  
cum sale minimo potandū dato, uel instilla  
propere namq; soluet aluum & liberabit, at  
in balneo teneat anum.

De infantibus dentientibus.

Circiter mensem septimum incipiūt inf  
fantes

Septimo fere mense denuit. tū gingiuarū maxillarū et tendinū inflāmatiōnes eis accedūt. nō nūq̄ neruorū quorūq̄ distētiōnes, quo tēpore nihil puero dās dū qđ mādere opte at.

fantes dentire, pūcti, stimulatī, uexatī tanq̄ stipite dente subter gingiuas diducente. flāmatiōnes inoriūtur in gingiuis atq̄ maxillis. & tenontibus, quæ frequenter etiā febres comitantur, accedit etiā pruritus in auditus meatibus humectatq̄ aures. sunt etiam qui lippitudinibus capiuntur, atq̄ ex canthis effluit sanguis, tumultuat etiam plurimis uenter ob stomachi inflāmatiōnem & uentris solutionem. perungere igitur expedit tenōtē & maxillos lanis malliculis & puris circumuolūtione ceruicis & nerui ex dulci uino & oleo ex lupino. In meatibus autē audiendi calidum instillandum oleū, manente uero inflāmatiōne admouebimus cerotē rosaceā humectā immissā locis, cibus puero præbendus cerebrum præcipue leporis elixum uel tostum, si minus, pecudis, suapte enim natura prodest, melle quoq̄ mediocriter cocto illiniendæ sunt gingiuæ, efficit namq̄ detrium eruptionē minime molestam, nihil autem durū & reluctans mandendū exhibendum est, ne callosiores gingiuæ effectæ dentium eruptionem euasioneq̄ præpediāt balneis in febrium remissionibus utendum fuerit studendum non est ut aluum conuertamus, ne sublata materia sursumq̄ uersus in eam, offendat præcipue oculos, reddatq̄ febres

febres uæhementiores. nutricem necessario  
aquam bibere oportet, nutritio autẽ sine  
morsu esse debet sorbitionesq; sumẽdę. aiũt  
autem natura postulãte opitulari pueris dẽ  
tientibus colocynthidis agrestis radicem ut  
inferatur in canaliculo aureo, uel argenteo  
& bati radicem, necnon si dentem uiperæ  
maris capiẽdo argentoq; immittas & cir-  
cum attingas, & perpetuo circa stomachũ  
feratur uiridis iaspis.

Ad oculorum inflãmationes.

Lycium indicum præcipue cum eo mar-  
gni centaurij radicem adhibendo uel ramu-  
lorum succum & ipsius foliorum. aliquan-  
do autem i stilla in oculos lac muliebri, sed  
mirifice adiuuat Nili diarodum collyrium  
illitum. abluẽ autem etiam oculos ocimi  
coctiõne.

Ad humectatiões aurium  
inflãmationesq;.

Inflãmationibus autem & doloribus au-  
rium, oui albumen cum lacte, muliebri i stilla  
la, uel terræ intranea coquendo cum rosace  
o i stilla, aurium autem humiditatibus alu-  
men adhibeto cum uino lanãq; puram &  
mollem in ipso intingendo, arefacito in sole  
& rursus intingendo, arefacito cũq; tertio  
idem feceris lanam aridam custodito cum  
usus



usus eius aduentarit, impone in auriculam  
ad hulcera uero quę in auribus fuerint uter  
re trochisco musa ipso cum coctione et acci  
to pauculo quod si supercarnescet primum  
corripe bithyno trochisco medendo cū uir  
no inde utere musa ut dictum.

επιαισιον. ē  
partiū cir  
ca cerebrū  
& eius mē  
branas, inflā  
mmatio.

#### De syriasi

Aduentātium cum febris langor: appella  
lata in infantibus siriasis inflāmmatio est cir  
ca cerebrum & cartilaginum partes ut car  
uitatē sincipitis & oculorū comitet febris  
causus & pallor, ariditasq; corporis & appe  
titus extinctio, siriasis autem uocata a sinci  
pitis cauitate. sirus namq; a gręcis cauum  
uocatur corpus, in quo semina asseruantur  
omnia, igitur aduersū inflāmmationes sunt  
tendēda conciliando, mediocriterq; caput  
refrigerando, aspergendo rosaceo totumq;  
corpus inungatur, aut colocynthę ab rasio  
nes sincipiti imponantur, uel uitis folia, uel  
portulaca cum rosaceo discissa sinciput un  
gito, uel heliotropij, scorpiuri succo illinito  
sinciput, uel uitellum oui remisceto cum ro  
saceo, & illinito sinciput immutatq; cōtinue

Ad reñciendas in potu sumpras  
spinas, uel glumos, uel tale  
aliquid.

Alumen quo utuntur in pellibus cum  
oleo

oleo dissolue perungitocq; interna oris ap-  
prehendendo digito radicem linguæ & fas-  
cile reñcies

Aduersum cōtinua sternutamen-  
ta infantū & coryzā.

Ocimum aridum secando & collando  
admoue naribus, ut suffitu attrahat uel suffe-  
retur idem ad nares obstipatas quam cor-  
ryzam uocant.

Aluo infantis ductæ

Suffluente autem infantis aluo lauacra  
& gestationem euitabimus, utemur autem  
aspersione ad stomachum uino & melino  
hoc est massa mali cydonij. quod si adhuc  
suffluere non cessabit œnanthen dissolutissi-  
mā & acaciā & mastichen æqualibus por-  
tionibus dissoluemus q̄ maxime fieri potu-  
erit. immitte oui uitellum quantum satis sit  
& pigmentando illinito stomachū & dor-  
sum et superimpone lanam purpureā plicā  
do & alligando, erit namq; absq; molestia.  
præcunctis autem nutricis uictus sit nutri-  
menti boni succi & potibus corripientibus,  
quod si aluus infantis farinacia excreuerit,  
menthā dissolue cū uino nigro, & appone  
aluo, obligaq;.

Aluo infantis astrictæ

Si aluus astringatur infantis balneo pro-  
uocanda

K

uocanda, uel mellificato solo ducēda et mel  
litjs nutrimentis. florem autem artemisij  
cum oleo tere, & perungito circa umbilicū  
& suffluet. Ad hulcera crustasq; capitis

Lithargyrium, cerusam ana unc. 8. erices  
fructum, thuris ana drach. 4. uino & oleora  
phanino dissoluendo utere. Aliud, cochleas  
albas cum crusta exurito, & isparge. Aliud  
alohē dissolutissimā cum arnoglossō arido  
dissolue, utere arido.

Quando arendus a lacte sit infans.

Vi infans densescat, lacte nutritur. solū  
dum cum fuerit corpus, nutrimentū exhibe  
delicatum ex hydromelle uī cenomelle, uel  
dulci uino, uel lacte, inde oua sorbilia, man  
sa namq; ac manducata pinguedine imple  
potus sit mixtus infante iam admittente su  
auiter nutritum, ut plurimum circiter mē  
sem uigesimū. tū māma obliuiscitur, quod  
si ob subductū ereptumq; lac oblanguerit,  
rursus est ad lac ducendus. cuius cum acri  
tudo abierit, souendū corpusculum ut prius.

De puerorum uictu.

Posteaq; puer a lacte abactus est, sit ætas  
ipsius tenera in hilaritate remissioneq; ludo  
rum cibi faciles & boni succi præbeantur,  
a multo uini usu abstinendum, sitq; utiq;  
aqua dilutum. nam merum caput humidis  
&

et calidis implet uaporibus, qui sensus capitis.  
omnes hebetant, nec uigor ille mētis alacer  
est, et membra torpore oblanguescunt, seg  
neq; ocium quærent. at nequidem aqua sūt  
implendi frigida, ut in multo tamen ciborū  
usu æstuantibus temporibus utendum, sit a  
qua quam optima. quomodo ea cognos  
cenda iam dictum est. cum septimum an  
num agit, ad capeffendas litteras adducatur  
in quibus suus est ludus apud leues humas  
nosq; magistros, graues quidē sed minime  
iracūdos, non clamorosos, et deinceps tam mor  
ribus q̄ litteris nō barbaros ac rusticos, a q̄r  
todecimo autem anno ad uigesimū primū  
mathematicis incūbat et philosophiæ, quib  
us mens præcipue nostra acuitur, sit graui  
or et quadam ui interior animosior. idē fit,  
ut naturam ex bona faciat meliorem, ex ma  
la castigatiorem, correctiorēq; hōr adum  
in primis deum discat unde bona cuncta,  
parentibus non esse ingratus studeat, am  
icisq; gratus et deniq; omnib; amabilis, ab  
usu ueneris arcendus, et si labatur, ne ibi cō  
putrescat, repenteq; duce doctrina et cōsue  
tudine bona exurgat, multus uini us; auer  
tendus, quia inde multa tam animi q̄ corp;  
is exoriunt mala, ut prolabi inde dedecus ac  
infamiam necesse sit, nam ut inquit satyric

ille. Quid enim. Venus ebria curat ignis  
& capitis quæ sint discrimina nescit, pluribus  
ea ætas exercitijs incubat. erit igitur ut uicior  
qui palne tam animo quàm corpori congruat,  
ita exercitium, id autem ex optima corporis  
constitutione nobis facile datur intelligi, cum  
naturæ alacris ad obeunda omnia adesti pro  
ptitudo, quippe quæ sibi mensuram inuenit  
in qua uis optima institutione, qua exercita  
ti & uersari in aliquo tum plurimum cessant,  
cum satis ducunt, tum demum quoque & cibo  
& potu se abstinent, cum salubre existimant,  
non plus uescendo, quàm necesse sit, sapum ac  
bene institutum corpus, mensque quæ bonis  
uacauit artibus sibi ipsi satis medetur, quæ  
omnia subuertuntur cum animus male fuit  
perperamque institutus, peruersis namque consue  
tudinibus plerique imbuti, intemperantia &  
segni ocio, cæteris facinoribus succubendo  
naturas corrumpunt optimas, ut contra in  
uenias qui corpus a natura nati improbi  
malisque multis obnoxium, modesta uita &  
opportunitate exercitijs correxere emendaue  
reque. quænam exercitia laudata sint supra  
diximus.

De uictu senum  
Senectus natura sua apte arida & frigida  
annorum multitudine facta est. paulatim  
namque



namq; corporū essentia cum innata effluit  
caliditate, ac præq̄ satis sit exarescentibus iā  
membris deteriores sint actiones, necesse est  
& caro cōminuitur, attenuaturq; animal,  
nec modo caro cōminuitur, sed etiā corpus  
corrugatur, & membris impos, motib⁹ uaz  
cillans, qui igitur perite affectionē tenuerit,  
quod cum frigiditate sit, egregius fuerit ses  
num medicus, cognoscetur namq; horum  
correctio quæ humectando & calefaciendo  
fiet. huiusmodi autem sunt lauacra calida  
aquare dulcium et optimi uini potio, nutri  
menta quæ humectant & calefaciunt, fricti  
ones extorsus cum oleo mediocriteriant,  
inde deambulationes & gestationes mine  
laboriosæ cū potestate semis fuerit cōiectura  
cōsecutus. neq; eni exigua est etiā in senibus  
differentia expedit exiguum quidem cibū  
præbere, sed sæpe nam si breue quiddam in  
mēsurā senes excesserint nō parū offendunt  
tutius itaq; fuerit imbecilibus senibus pau  
ca in cibo proferre ter quotidie, panem bñ  
præparatū cum melle optimo despumato  
ad tertiam horam, circiter uero septimā fris  
tionibus utendum, & exercitijs senibus ip  
sis congruis, & in primis dentur, quæ aluū  
euacuent ut holera teutlum & malua, inde  
ex piscib⁹ saxatiles. et marini. idē cōquiescat

in lectulo paululū, inde parum moueantur  
sub uesperā cœnantes, a piscibus tum absti-  
neant. exhibeantur præstantissimi succi &  
difficiliter corruptibiles escæ. ut auis ex sim-  
plici iure, uinum autem senibus optimum  
natura calidum, ut est substantia tenuicolor  
re autē rutilū uel flauum, unum est ex uino  
senibus bonum maximū quod eo cūcūq; cor-  
poris partes incalescant. Secūdo autem quod  
per urinas serū sanguinis expurgetur. quæ  
cūq; autem pallida & flaua sunt uina, cras-  
saq; ea sāguinem gignūt & corpus nutriūt  
& perinde utilissima quandoq; sunt senibus  
quo quidem tempore neq; serosum habent  
in uenis humidum, & uæhementi egent cō-  
pressione, quare senes multum egent uino  
ad mingendū impellente quod aquea quæ  
dam in ipsis redundet superfluitas, atris autē  
& acribus & crassis uinis similibusq; absti-  
nendum est. manent siquidem in uentre diu-  
tius, & ob hoc inepta sunt, dulci si senex uti  
uoluerit post lauacrum ei proferatur quod  
dulce simulq; pallidum colore sit, nō prohi-  
bēt ueteres medici quo minus extractis mel-  
le utatur uinis præsertim quibus suspicio ē  
ne in renibus calculi oriantur, uel etiam po-  
dagra. uel articularis morbus aliquis infe-  
ster, in uinū immittere conuenit petroselinū  
quid

quidpiam, id nāq; arthriticis satis est. caleu-  
lum metuentibus, betonica misceat et cestri  
aliquid qui nomiatur sarxiphagus cōuenit  
autem senes abstinere esculentis & poculē-  
tis quæ glutinosū uel quæ crassū efficiant  
succū, cuiusmodi sūt halica, casei, oua tosta  
cochliæ, bulbi, fūgi, lentes, et ostrea; caro, et  
quæ supra memorata sūt de crassis succis,  
quod si necessario quādoq; talibus uti con-  
tingat. subito proferatur per calamīthum  
medicamen ex tribusue piper, quod si non  
affuerit horū quicq;. piper secādo & cribel-  
lando diligenter ut puluereū fiat cūq; obso-  
nīs manducet. in potū quoq; mitti debet,  
allūq; gustandū q̄ diu conferat. opiliatiōes  
sūt resoluenētes, & aluū subducenda & theri-  
acha antidochus adhibenda, uel mithryda-  
tus uel mixtū aliquid aromātū p̄bendum  
post taliū usū transeundū mox ad humectā-  
tem & calefacientem uictū iam dictū, dāda  
et sūt maturi & dulcissimi uirides ficus ante  
omnem cibū. in hieme uero ficus aridi nisi  
collapsus ad dextrum p̄cipue fuerit hypo-  
chondriū, quoniam uero ut iam dictum est  
serola & pituitosa redūdantia est in seniliq;  
corpore congregat, urinam quotidie opor-  
tet aduertere, non medicamentosis, sed ap̄  
coctione cū melle uinoq; utendū ad mingē-

mingendū promouente. subducenda est al  
uus oleo optimo, ut absorbeatur ante cibū  
nec est dubium quin herbacea omnia ante  
omnes alios cibos sint holerosa iquam mā  
ducanda cum oleo & garo, euacuant etiam  
uentrem & arida coccy-mela p̄fertur que  
ex Hispania aduehi perhibētur. damascena  
uero prius melicato aspergātur inmixto  
uel in ipso coquantur & a calore albarū oli  
uarum si cōtrigerit sumere uentre plus astris  
cto, linozostis detur cocta, & cnicus cū p̄si  
sana & rhesina terebinthina sumēda aliquā  
do quantitate nucis iuglandis, aliquādo du  
arum, quandoq̄ trium. non modo enim su  
ne molestia uentrem mouet sed etiam inter  
stina absterget & pulmonem & renes. perse  
cta autem ipsi est exhibitio unc. i id quoq̄  
confert & aridos ficus sumas & austeras ad  
herētem extrorsus pellem, inde in mortario  
contundas immitte ipsis cnicus purgati inter  
riora, decimā ficuū aridorum partem uel nō  
multo secus, ita ambo contusa misceantur  
ex hoc sume magnitudinem ficuū duorum  
uel trium. satis uero largum nihil horū me  
dicaminum sumendū est, gaudent nāq̄ uer  
hemēter aliqui statim leuati uentre, quo ma  
gis uero leuauerint tātō magis uenter atri  
gitur diebus sequētibus astricto aut ipsorū  
uētre

uentre imittere expedit oleum dūtaxat cali  
dum. dura enim corpora pernitiē quādoq;  
aliquam olim subeunt, & senile corpus res  
mollescit pellibus obsæptum, similiter obs  
duratum.

Victus i negotiosa uita degētiū

Negotiosam uitam agentem cōsiderare Qui in ne  
oportet an in priore uita exerceri consuerit gocio uis  
an sine exercitio lauari. nam sunt qui hanc uit, siue in  
consuetudinē mediocriter ferant. talem cer priore uis  
te corporis naturā nō debemus prorsus i a t i exercita  
liam traducere naturā, quemadmodū neq; re consue  
dem aliam iam pridem non ægrotarūt, ut q uit, siue  
non cōtinue ægrotarūt, quod si quis cōtinue nunc q; q;  
ægrotarūt. Percunctandū ex ipso causā, num exercitāt,  
quia nimis plenus, an ob malum succū æ cōsiderare  
grotet. quod si ob plenitudinem morbor; debet an  
ægrotare uideatur, sit in uniuersum cōside facile huīs  
ratio, ut uictū sanū ipsius custodiamus, quo mōi cons  
semper temperatos habeat humores. si uo suetudinē  
ob uicium humor; ægrotare consueuit. agē ita ferat.  
di sunt humores optimi multitudine, igitur  
aliqui agregant cum efflancia corpore assū  
ptis minora fuerint. In his itaq; custodiēda  
moderantia mansorū & pоторum cum eis  
quæ hausta sunt, nec est difficile cōsiderata  
utriusq; quantitate tum exhibitor; tum ex  
hausiorū, nam qui in priore uita contrario

K § modo



Κακοχυσ  
μια

modo prius q̄ exercerentur in balneum in  
grediebantur, in his mediocriter uersari cō  
uenit & paucū moueri. quicunq; uero exer  
cebantur ante balneum. nunc paulatim ex  
cōsuetudine augeri iubentur, subtrahēda q̄  
sunt alimenta aliqua & quantitate & quali  
tate proferēda sunt, mediocria qualitate ut  
carnes proci, multitudinem enim boni succi  
celerrime congregant, ad holerā igitur ad  
ducendi & pisces itidem, auesq; quæ nō sūt  
multi nutrimenti, congregantiū uero malū  
succum non est una intentio, quod ne quē  
mali succi una species est. sunt enim qui frō  
gidiorē & magis pituitosā agregāt in  
probam substantiā, quam uocant græci cal  
cochymiam, aliī autē calidiorē magisq;  
biliosā, uelut aliī magis melancholicā sub  
gienda igitur esculenta, poculentaq; quecū  
q; prona sunt ad gignendū congregatū in  
iipsis succum, dictum autem satis ē supra de  
bonis malisq; succis, ubi etiam de attenuan  
tibus edulīs quæ idonea sunt crudum succi  
cum aggregantibus Crassus quidē sanguis  
non est cōtinuo tenax. omnibus autem his  
cōmune auxilium est, mediocris uētris sub  
ductio. præsertim quibus est uenter natura  
durior. cōmune est ueneris mediocris usus.

De carniū purgatione.

Cum

Cum ad immensā carnis magnitudinē corp<sup>us</sup> Si obel  
pus excreuit eliquandū. ac purgandum est. sū nimis  
Demonstratū autem est calidum tēperamē est corpus  
tum gracile corpus efficere. adducēda ergo eliquare,  
ingerēdaq; tali corpori caliditas est si ad me purgareq;  
diocritatē uelimus perducere D ximus ues ipum op<sup>er</sup>  
locia quoq; exercitia optime attenuare ani tet. Ergo  
mi quoq; curę tēperamentū totum aridius cum calid<sup>o</sup>  
esse ostendunt, corpusq; tenuius Quis autē da tēperat<sup>ur</sup>  
uictus attenuet, iam dictum est. Væhemētia tura, exte<sup>nu</sup>  
uero medicamina rutæ semē, magisq; agre nuandi uī  
stis cum corymbis. aristoloches quoq; & tē obrineat,  
nue centaarium. gētiana, & puleium, horę eā crassis  
quodlibet per se, & cum alijs inuicem fas corpibus  
tis humores tenuauerint. Sal quoq; per ex ut ad mes  
ustas uiperas satis attenuant, ipsa quoq; the diocritatē  
riaca attenuat & distrahit, perūgatur quoq; redeāt, in  
oleo cocto habente cucumeris agrestis radi ducemus.  
& althææ, & gētiane, & panacis radicē  
& aristoloches succum, puleiumq; & cētau  
rium. nutrimenta uero ne statim in lauacris  
exhibeas, sed quiescere prius iubeas, uel mu  
nia obire consueta. rursus in aliud lauacrū  
perducatur. Prestat autem in lauacro esse a  
quam, quę distrahat si sponte habeat, si mis  
nus salis florē, uel marine aquę miscere. de  
inde adhibenda turgida quidem edulia, sed  
pauci nutrimentū, ut illis impleat, sed in corpus  
totū



sed ob indigentiam materiae, quae satis ad nutriendum idonea non potest, quod si ieiunus lauetur, ante lauacrū linteo confricari expectat, quoad totum erubuerit corpus, dein frictione utendum non admodū aspera ne asstringendo cutem densam & duram efficiamus, adsit quoque motus frigidus

Quomodo medeamur mēbris  
gracilibus.

Cum in partes aliquas plurima inuasit gracilitas, aut propter diuturnam quietem aut propter modum uinculū dispescentem in hunc langorem perueniunt. Oportet igitur uim, quae in ea parte est roborare, simul profusum omne conuellere. Frictione autē utendum mediocri in nutrimento sumēdo & cōmodis ei loco motibus, & calidē aquae effusionibus mediocribus, id post cibum sūptum faciendū, quoad ea pars rubescat sublata, & statim conquiescat. Expedit ex pice utri medicaminib<sup>9</sup>. de quibus dictum, cum sentitur in gracili parte frigiditas, linteis est ea pars perfricanda, & aliquo calefaciente medicāine, thapsiaque inungendus est aliquando ex melle, quandoque ex cerote.

De laboribus in exercitijs, uel itinere sūptis

Laborum primis, ac simplicibus differētiæ  
sunt

Partes plerūque extenuantur, aut ob diuturnū ipsarū otium, aut aut ob cōfractiuū deligandi modum.

sunt tres. Hulcerosa nominata, & firma, ne-  
uosaq; & flagrans, et præterea in multa mu-  
sculorum ariditate consistens, quam labori  
quidam abusiue dixerunt, cū nō labor, sed ar-  
ditas sit appellanda.

De labore hulceroso.

Hulcerosus ergo labor superfluitatibus  
tenuibus, pariterq; acutis, & uellicantibus  
constat. In his nāq; multitudo est afficiens,  
uere uel humiditū acumen. sicut tempore  
exercitiorū, ul' aliter euenientiū ualidorum  
motuum duplici de causa generatur, ul' cral-  
lis superfluitatib9. suis qdem et tenuatis nō  
per excreta omnia, ul' eliquatiōe aliqua, aut  
pinguetudinis, aut carnis mollis i motibus  
uehemētibus. Necessē nāq; sub huiusmodi  
tenuibus humidis, & acutis existentibus co-  
pungi, & uelut percuti cutem, & carnes ut  
horror quandoq; gignatur, & thigor, cum  
fuerint admodum acuta, & multa. Tumor  
autem in partibus dolore affectis uisui non  
succedit. Incidit autem hic labor, maxime  
malū succū gestantibus & redūdantib9 cor-  
porib9. Aduenit autē etiam manifestis inco-  
coctionib9, cū exercitia properantius sunt  
uel diutius sub sole uersantur. uerū etiā ab-  
q; inconcoctione cōsistunt in corpore habē-  
te bonos hūores ob excessū immoderatior  
exercitior



exercitiorū. Densa uero & exhorrescens his  
apparet cutis, et dolentib⁹ quod hulus has  
beant. alijs quidem cutis tantū. alijs caro, &  
quod sub carne medela uero a contrario ip  
si affectioni. Distrahere nāq; superflua expe  
dit, & pacare langorē. distrahetur aut frictio  
ne multa, & molli cū dulcissimo oleo nullā  
habente acerbittam. His nāq; tam aduersa  
tur q̄ fieri possit omphacinū. In primo igit  
die utendum largo oleo cum multa frictio  
ne, ne prorsus labor sentiatur. In secūdo aut  
gratia soluendi iam factum. soluit aut ipsū,  
exercitiū mediocre, & frictio cōmoda, mul  
ta administrationibus adhibitis ne pars ip  
sa refrigeretur, et celerrime superfluitates di  
strahantur. Consueuit aut hic labor exten  
dere lāgorem ad dies usq; quattuor. Quar  
to igitur die, lauetur et nutriatur cibo cōsue  
to. primis nempe diebus pauciora sumant,  
& humidiora, ac nullam tenacitatem habē  
tia, sitq; lauacrū non calidius mediocritate.  
demittere nāq; & distrahere corpus uolus  
mus.

De labore ualido.

Labor ualidus nullam redundantia me  
moratu dignam habet in corpore. affectio  
autem omnis circa musculos & nervos est  
in magnis facta tenoribus, quos fecere exer  
citiū. Contingit namq; in his neruulos, seu  
filamina,

filamina, quos inas uocant. rectos in musculis laborare, et intendi ut ad uulsionem proxime accedant. Fit autem huiusmodi labor præcipue uiris in humoribus bonis laborantibus, non celeribus exercitijs, sed admodum ualidis, grauiterque segnes, ac torpentes, & difficulter inflectentes, facit laborantes, non utique exhorrescunt, ut qui in hulcerosum laborem inciderunt. uerumtamen horum corpus nihilotenus secius quam hulcerosorum et squalidorum correptum spectatur, caloreque tangi uidentur maiore quam a natura sint consueti. Medela autem demissio partium est extensarum. frictio quædem his accommodata, sed mollis oleo facta dulcissimo tepido, tranquillitas omnis & quies lauacraque temperata, præcipue non medicata critter calida, et mora in aqua calida, ut si bis laues, eo modo iuueris, plurimum commodum erit hos in balneo perungi, & si postea uiderint, abstergeantur, inde rursus ungentur, die sequenti e cubili exurgant, ut superfluitates diffricentur, cum subducenda erit aluus commode ungantur oleo non admodum frigido neque adeo ualida frictione, cibus est his præbens, quantitate paucus, sed succi boni quæ nullo modo sit tenax

De flagranti labore, ac in ossibus laborioso.

Tertium

Tertius labor, qui sentitur tanquam fr̄  
ētis & inflāmati membr̄is, partibusue tum  
euenire consuevit, cum in uæhementissimis  
morib⁹ calefacti musculi auulserit ad sese ex  
circūfusis redūdantijs quicquā, musculosis  
educit solos sup̄ naturā suā, ut ardēs uideat̄  
affectio, & ob hoc cum attingūtur dolent,  
calidioresq; uidentur, dolent autem ip̄ēlius  
cū moueri admoliūtur, quod si introrsus te  
nōntes, uel neruos ea contingat affectio, o  
stocopum langorem uocitant, sensus mag  
nitudine cum insueta homines subeunt ex  
ercitia, is labor solet obuenire. Medela tris  
habet considerationes, ut ardentia cuncta le  
uet euacuatione redūdantis, & tranquillam  
faciat demissā. inflāmatā partem refrigeret.  
oleum igitur multū adhibeat dulce tepidū  
frictiones sint molliores, longissimāq; in tē  
peratis aquis sit mora, quæ his medetur laz  
boribus, qđ si repidior aqua fuerit hos ma  
gis iuuat, ita etiam quies multa, continuēq;  
unctiones, cibi sunt dandi succi boni, breui  
oresq; quicq; prorsus glutinis habeant nihil  
De labore, qui in gracilitate,  
& ariditate est.

Est autem quarta affectio, quæ labori, p  
xima est. nec tamen labor, quod hulceroso,  
quod ualido, quod pituitoso similem non  
L habeat

Inflāmati  
ua uero, p  
quā uides  
licet ptes  
ueluti fr̄  
ctas, tumis  
dasq; senti  
m⁹ tūc po  
tissimum  
accidere  
solet, quū  
musculi  
supra mo  
dum calfa  
cti, auulse  
rit ad sese  
ex circum  
fusis redū  
dantijs qđ  
piam.

Est & alia  
affectio,  
quarta uis  
delicet,

quum habeat affectionem. Ceterū neq; horrorem  
musculi ul aliquem, neq; dolorē neq; in motib; corpō  
tra quam confimilem inferat laboribus, sed gracilitas  
expedit si tem solam cum ariditate. Fit igitur in boni  
ccantur, humoris & exercitatis corporibus, cum im  
ita ut si nu moderati9 exercētur nō recte curata. distrah  
dēt corpō huntur nāq; ita redūdantiaē. & demittuntur  
ra, & squa extensa corpora, neq; aliud relinquatur q̄ ab  
lida & col riditas in corpore, quam obtinuit ex imo  
lapsa uide derata exinanitione, ut inducta hęc sit affe  
anī, & ob ctio in appositione & repletionē est euacu  
motiones ati. at fieri nequit rara existente cute. colligē  
pigra. de ergo cutis & densanda, & astringēdo. co  
git autē & angustat aqua frigida, & seruens  
sed in frigida lædendi periculum subest. ras  
rum, simulq; inane exercitiorum multitudi  
ne fit, at in seruente nullum subest nocumē  
tum. densitas autem tuta fit cuti cōpræhēsa  
& dimissa in ipsa caliditate, cum ex seruente  
sumpta est, inde faciliē i pulpam & cutem  
nutrimentū admittūt, hoc sane non inuene  
ris ipsis magis prodesse. Cauendū ne in fris  
gido multus fuerit. resoluit quidem ex calis  
da ablutiōe adiamentū frigida ablutio. pri  
mo die ita ut dictū est abluatur. cibus profe  
ratur boni succi, & humidior. secundo die  
curetur, pauca usus frictione, & molli, & tar  
da. quæ caliditatē admittat, idque pluribus  
faciat

faciat diebus.

De ex re uenerea laborantibus.

Imbecillitas potentiaē immoderatū ueneris usū consequitur, præsertim in corporibus natura debilibus. Rarefcit autem eorū cutis ex uæhementi motu, multaq; gignitur disfractio. & ob hoc ariditas est etiā quando frigiditas consequitur ob ariditatem, & calor distractionem, & sudores, quæ si iugiter fiant, calidisq; corpora cibis ad uenerē consoueantur, mortis periculum ingruit.

Horū igitur erectio est per cogētia et astringentia, cutemq; ualidam reddentia ex quibus est temperatū exercitiū, & ingressus in feruentes thermas. quies & somni qui satis sint quātitate pauciora, qualitate autem humidiora mediocriter calida, quo fiat utilis concoctio, & ex labore emendetur ariditas.

De laboribus sumptis in exercitijs, uel itineribus hætenus dictum. nunc autem de eis qui sine uæhementi motu sponte fiunt labores loquemur. Morbosi namq; sunt huiusmodi, ueluti uidetur Hippocrati. Labores enim istos autem tres sunt differentia. hulcerosa. ualida pituitosa.

Hipp. li. 2.  
Aph. 13  
Spōtaneę  
lassitudines  
mobos  
pręnuncijs  
ant.

De hulceroso spontaneo labore

L. 2

Spōtaneus



Ulcerosa  
lassitudo  
excremen-  
torū tenui-  
iū, acriūq;  
plenitudi-  
ne, cōstat.

Spontane⁹ hūlcerosus labor ob malum  
humorem subter clanculū coalescentem sit  
humoribus acutis, tenuibus & calidis, uelut  
ti abrodentibus, & cōpūgentibus, & stimu-  
lantibus corpora sensilia, & quatenus san-  
guini ammiscetur, latet ipsius uis a bonita-  
te sanguinis superata. Cum uero carnem,  
sanguinemq; compræhendit, & sola hūlce-  
rosam affectionem, & sensum sauiat, tum  
præcipue extenditur talibus cum moueri  
uoluerint. Hic aduertendum utrum in cu-  
te & carne solum compræhēdatur succi, hu-  
morisq; uitiositas an etiam cum sanguine i  
uenarum cavitatibus contineatur. possis ni-  
mirū ne fallare id facile depræhendere ex ur-  
inis ac circa pellem apparentibus, & ex su-  
doribus Nam quando, cum urinis apparet  
improba succi qualitas, sensusq; eorū, quæ  
circa cutem mordens efficitur, & sudores al-  
ieni tum colore tum gustu apparent, tū nō  
dubiū est quin in uenis uitiosus humor  
cum sanguine compræhendatur, isq; & in  
cute, & in carne est. Si igitur exiguus fuerit  
uitiosi humoris sensus i ipsa iedia obserua-  
bimus hominem diem totum quiete, &  
dormire iubendo inde in uespera unguendo  
multum, & lauando in thermis tēperatissi-  
mis, boni succi, & obsorbendū præbebim⁹  
exiguū

exiguū cibum, ne quidem a uino uolemus  
ipsum abstinere. Nam concoquit lemicōs  
coctos humores uinū. si quicq̄ aliud & sus-  
dores, & urinas aduertit, & somnos cōficit.  
Si ergo in iam dicta caulus obuenerit pede-  
tenti ad consuetudinē est hō adducēdus, qd̄  
si nocte sequēti et seq̄nti die adhuc perdura-  
rit, & si interitio facta sit, iā considerādum de  
adiumento ualidiore est. Taliū nāq; ualide  
alteri faciendū est, aut detrahēdus est e uena  
sanguis. aut purgādus. Vtrū autem potius  
faciēdum uideatur dicam, si potestate fuerit  
imbecillis, nullo modo sanguis exigendus  
est, at subter purgandus est, uel mediocriter,  
uel neutiq̄ nam si ualida uis affuerit cū san-  
guinis multitudine, sanguis est detrahēdus,  
uel formatae consuetae esfluxiones mouēdę  
ut hemorrhoides in ano, uel in mulieribus  
menstruo excitāda purgatio. Sola uero cō-  
stituta uitiositate humoris absq; sanguinis  
multitudine, deueniendū est ad cōgruētem  
redūdanti humori purgationem molestiā  
quidem aliquādo affert, aut amara cholera,  
aut ater humor, aut phlegma falsū, aut acu-  
tum, aut serosus humor. Cum igit̄ aperte  
homo cibatum sūperit usus crassi humoris  
nutrimentis, & per hyemem humor colligi-  
tur, cōgregatq; pituitosus. In pluribus autē  
L. 1 laboribꝰ

laboribus, acutioribusq; cibis. & per æstatē  
amarulenta agglutinatur cholera, ac in autū  
no etiam edulēs eisdem, diuturnisq; labori  
bus melancholicus. Signa autem, atq; con  
iēcturas horū capere poterimus, uel ex colo  
re, & hominis cōmotionibus, atq; ex urinis  
ac sudoribus necnon lstri, & cibor; appetitu  
nam si sanguis dominatur cæteris humori  
bus potestate ingenti, sanguinē ex uenis de  
trahito, uitioso autem humore dominante  
potius in potentia ualida purgationem par  
riter adhibebimus. At post sanguinis detra  
ctionem, uel purgationem, cibus est homi  
ni suggerendus, edulēs bonū succū præbē  
tibus, quæ abstergens quiddā habeant, cui  
iusmodi est ptisana, & tenax nihil habētib;,  
neq; crassis succis uel multum nutrientibus  
lauris utendū est tēperatissimis, & unctio  
ne, & frictione mediocri, reliquor; cibarus, &  
diligentia adhibenda, ueluti iam dictum de  
labore in exercitijs comparato, quod si san  
guis bonus paucus fuerit, crudi autē humo  
res cōplures, potentiaq; fuerit imbecillis, ne  
q; est sanguis detrahendus, neq; purgādus,  
neq; exercendus, & ne quidem profus mo  
uēdus, neq; lauandus. Nā sanguinis e uenis  
detractiones bonū quidem educunt, ac im  
probū qui præsertim in magnis uenis, quæ  
ad

ad iecur, & mesaræum aggregatur in uniuersum diducit corpus, purgatioq; in tali conuersione & motu efficit, & ualidas animæ defectiones consternationes, & defectus, quod nihil magnū, & momenti alicuius educat. crudi siquidem humores omnes segnes, diffusiusq; mobiles sunt ob crassitudinem suam, ac frigiditatem. Obstruuntur igitur, ac obstitant angustos omnes meatus, ideo in purgationibus oportet exinanitū in uicem fieri, eadem de causa nō exinanitur, eadem causa non exercendus, neq; mouendus, neq; lauandus. Omnes siquidem hi motus in corpore uniuersū hūores diducit, angustosq; obstitant meatus. In omni ergo quiete custodiendi, & esculenta, poculentaq; præbens, & medicamina attenuantia. et secantia. & exercitātia humorū crassitudinem, quæ ad modū non calefaciant. nam qui quantūuis calefacti sūt hūores omnifariam in corpus disparguntur. Victus ipsorum sit in oxymelle, præcipue aliquando pusana. nonnūq; meliocratū præbeas. tenuē namq; afferūt uictū, præter cætera, hocq; ob crudorū humorū iminentem multitudinem. Cū autem hypochondriū omnibus his est sublatus, & sufflatus. facile nempe quæcūq; sustolluntur, sufflatur, spiritusq; intumescunt. melius fuerit cum

cibo his præbere aliquid piperis, præcipue  
longi. Vtilissimū aut̄ his est oxymel ex mel  
le solo electissimo, et aceto præparatū, ut sint  
mellis quidem desputati mensuræ binæ,  
aceti aut̄ una, uel non multo secus. melius ē  
capiendo sensibus iudicare mēsuram. nam  
quod natura dulce. id commodū. maxime  
uero contrariū insuaue. iuuat aut̄ hos pot̄  
& a melle, præcipue acidū aliquid, tenuatis  
autem iam aliquatenus humorib⁹, uinum  
præbendū temperatū albū, & tenue, & mel  
le, & oxymelle aliquando coquendū, inde  
exhibeto hyssopū & glichonem, estq; utent̄  
dū edulhs tenuantibus citra magnū calorem  
qualis est capparisi, quæ ex oleo proferatur.  
Cum igitur cūcta iam uisa fuerint tibi com  
moda sine controuersia, tum demū tenta ad  
uictū suū pedepressim perducere, & medio  
cribus utitor exercitijs & lauacris, & uncti  
onibus. commodū, congruūq; eis fuerit ex  
abiete citra laborē unguine, & ex populo,  
quorū præparationes in nō laboriosis dices  
mus Congruū aut̄ ipsis etiam chamemæli  
nū oieū, et anethinū, et sampsychinū tēpore  
hiberno. Præparatur autem sampsychinū  
oleum hoc modo. incoquitur cum oleo sã  
psuchū in diplomate, similiter piperitis her  
ba, quod si hæc non habeas, radicem sumito  
tibi



tribi cucumeris agreftis, aut althææ, aut bry  
oniæ, aut teutli, leu betæ, coquitoq; cū oleo  
fatis nanq; diftrahūt.

De ualido labore spontaneo.

Labor ualidus spontaneus ſi ſine exerci  
tīs, uel alio aliquo motu conſtituatur, non  
dubiū quin humorū indicetur multitudo  
redūdantia intendens, quatiensq; ſolidas a  
nimalis partes, præcipue ī muſculis neruos  
ſtaminofos, quos inas uocant. hulcerofū autē  
ſenſus in hoc labore non eſt, & ne quidē ali  
cuius partis tumor ſuccūbens tactui, uel ui  
ſui, ſed ſolū ſentitur grauitas, & extenſio. nō  
dubiū autem quin ſanguine redūdante præ  
ſtans adiumentū ſit ſanguinis detractio ex  
ancone. aut in talis uenę ſcindendę, poſtea  
uniuerſum corpus ad depressionem exten  
ſarū uenit partiū ungedo, & molliter fricā  
do, & ceſſādo, et q̄ſcēdo lauacris tēperatis,  
et cibus utēdo ſine morſu uim aliquā abſter  
gendi habētibus, ut eſt ptiffana, & apomel,  
& huiusmodi alia (ut paucis cōpræhendā)  
poſt ſanguinis e uenis detractiōnem, eadem  
utendū cura eſt iā dicta in exercitijs de labo  
re ualido.

De ſpōraneo labore cōflagroſo

Conflagroſus labor cū ſpontaneus citra  
morū aliquē cōſiſtit ob doloris magnitudi  
nem,

L 5 nem,

Tēſiua au  
tem nullū  
memora  
tu dignū  
excremen  
tū corpo  
ribus infū  
di de e arat  
ſed ī muſ  
culis et ne  
ruis affect  
io quædā  
fit per quā  
rēdi uidēt.

nem, quod consistat cum ardore caliditate  
pariter eximendo, ac tollendoque in tumorem  
musculos, non ad dies tris, uel duos, uel etiam  
horas binas, tarda grauitas tolerabitur, sed  
statim uæhemens febris insurget, nisi quis  
præueniendo sanguinẽ detrahat. feruidissimus  
nãque talium est sanguis, plurimaque eis  
op<sup>o</sup> exinãitione cuncti ferme hoc capiti ma-  
lo, multique saltem post sanguinis detractionem  
febricitant, quare torpescendũ non est,  
neque detractare conuenit, sed confestim eua-  
cuare, agereque ad animã usque deficientem,  
nisi maius aliquid impediatur, latius fuerit eo  
ipso die detrahere, prius exhauriendo, ne ani-  
ma hominem deficiat. secundo autẽ loco  
conuenit metuere anima deficiat, quibus san-  
guis detractus non sit ita affecti, uel sponte  
aliquando sanguinis subeunt eruptiones bo-  
na fortuna ad salutem perducuntur, uel non  
conseruant. Si igitur ad caput & collum  
dolores potius confirmant, humeralem ap-  
pellatam uenam secare oportet. si autẽ contra  
thoraca, & dorsum, & lumbos dolor occur-  
parit, interiorem uenam secat. Si uero equa-  
liter totum corp<sup>o</sup> mediam, quod si in sanguine  
nis e uenis detractione febris incidit, cura est  
adhibenda, ut aperiemus ubi de febribus lo-  
quemur, quod si febre uacui fuerint, primo  
quidem

quidem die in sanguinis detractioe detur  
succus prissanæ, similiter secundo, qui si ters  
tio die sine febris permāserit, lauatoq; largo  
utendo oleo. Victus autem si mediocriter  
lauaris dato lactucam, si non habeas colo  
cyntham, & halicam, ut prissanā coctā. Vtē  
dum autē teutla, seu beta agresti, & malua,  
& andraphaxe, quam atriplicem latini uo  
cant, si lactuca non præsto sit. dato autem sa  
xatiles pisces, uel mullum piscem in albo iu  
re bene coctum, aquea utendo potione, &  
non aquæ frigidæ potione, sed calidæ, tertio  
die si languens tolerabiliter habeat, inuerge  
potui etiam uini pauculum modo albi, &  
tenuis, aliaq; pauca suggere paulatim, ut ut  
ctus sit boni succi, & calidus.

Quali utendum sit cura ad frig  
gora, ex Herodoto.

Duplex est modus curæ frigori adhiben  
de, nam præmunire conuenit anteq̃ frigus  
adueniat, & cum iam aduentarit emendare  
Qui igitur aeri occursum est frigidus, anteq̃  
frigore capiatur, nō inanis cibo debet labo  
rare, neq; prius uomuisse, neq; laborasse, sus  
susq; esse. Frigus namq; a cibo non facta  
concoctione adueniens ægritudinum cau  
sa est ab egestate immissū in ipsos descendit  
neruos

neruos. qui quodāmodo nudi sūt, et sua pri-  
uati materia. Proinde qui sese aeri cōmissu-  
rus est frigidus, suum prius perungat corpore  
nardino unguēto, aut leucino. plāras uero  
pedum cerote laurino comparata, oleo illi  
niatur, uel ipsas lauri baccas dissoluendo, in  
cerote sumendo usurpet. Antiqui autem quorū  
dam succum cyrenaicum misij quantitate  
cerote cōpingendo in tales ebibēdum uisus  
præbuere, qui autem in frigidus aere quiesce-  
uixit, non debet deses esse, sed prius ambula-  
re in calidiore loco, inde in lauacrum ire, &  
diutius in calida aqua cōmorari, si præstus  
non sit balneum, ante focum perungatur, et  
curiosius effricetur, & per se & ab alijs, inde  
exhibeatur cibus calidus, tum potestate, tum  
effectū, uinum non admodum acre, neque ad-  
modum uetus detur. tale em̄ partes nei uol-  
tas inuadit iā frigore contactas, præcipueque  
in uesica. & renibus admota iam aliquap̄  
frigiditate, cura inde ex lauacro, uel unctio-  
ne conueniet. uictus quoque eodem modo  
mustacēū oleum, & amaracinum, similiaque  
instructa sibi assumat

Densatæ cutis cura. Galeni.

Cutis quandoque densatur ob dominans  
frigus, & alumi rosarū aquarū lauacris, uel  
huiusmodi alio. succedit autem aliquando  
post

post balneum, uel post sudorem, uel aliter  
quoquo modo rarefacta cutis & refrigerata  
densescit. Dinoscitur igitur talis affectio  
colore, quia quae sit natura suapte candidior,  
ariditate, & densitate cutis, quodque exercitio  
difficiliter incalescunt, necque enim sudant, ne  
que calorem admittunt, quod si pluribus ex  
ercitijs subacti sudarint, paucus est, idemque  
frigidus est sudor. horum medela calefactio est,  
& cutis raritas. Exercitijs ergo utendum est,  
& calidioribus balneis. inungant oleo aliquo  
sedante, ut quidem dulcissimo duorum, uel  
trium annorum, & calida natatione, ut pluri  
mum in aere sint temperato, diu ne sint in fris  
gido, & perinde ne sit aqua admodum fris  
gida ingredi cum debeant, perungantur a  
liquo mediocriter fouente, ut est anethinum,  
ulcicinum. Unguentis autem gleucino, ul  
fusino, uel irino. uel amaracino, cibus uero  
mediocribus nihil glutinis habentibus.

Quomodo comminisci oporteat  
ustionis, Herodoti.

Sicut frigiditas idigas magis tangit, ueritque  
ita exustio repletos, quapropter, qui sub a  
stiuo sole uersari debent eis expletio, atque sas  
turitas, acutorumque commanducatio euitanda,  
uini ardor, & inconcoctio. inuergenda cor  
poribus lauacra ex potabilibus aquis, cibus



¶ humectantibus. præcauendū eis, quibus  
sub sole futura consuetudo. regendū in qua  
caput est leuiori aliquo amictu, uel uicis for-  
lijs, aut myrti, aut polygoni, siçi uero uæhe-  
menti urgente non statim est frigida admitti-  
tenda potio. nam hinc plerumq; aqua inter-  
cus exorta est alijs, succensus est pulmo. fri-  
giditas ex aqua concurrens tusses, & obstru-  
pationes narium offundit, quandoq; etiam  
phthisim infert. prius ergo melius est abluere  
& perfundere frigida faciem & manus, &  
